427.

(13) 103.



E. Barclay-Smith, M.D.

F427

DESCRIPTIO ANATOMICA NERVORUM LUMBALIUM SACRALIUM ET EXTREMITATUM INFERIORUM

CUM QUATUOR TABULIS LINEARIBUS ET QUATUOR ADUMBRATIS

AUCTORE

IOHANNE LEONHARDO FISCHER

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORE IN THEATRO ANATOMICO LIPSIENSI PROSECTORE
ET SOCIETATIS OECONOMICAE MEMBRO HONORARIO.

LIPSIAE

APUD SIEGFRIED LEBRECHT CRUSIUM. 1791.

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

VIRO

MAGNIFICO EXPERIENTISSIMO EXCELLENTISSIMO

ATQVE

DOCTISSIMO

IOANNI GOTTLOB HAASIO

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORI,

ANATOMIAE ET CHIRVRGIAE IN VNIVERSITATE LITTERARVM LIPSIENSI PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO, FACVLTATIS MEDICAE ASSESSORI, SOCIETATIS OECONOMICAE LIPSIENSIS MEMBRO HONORARIO, SOCIETATIS LITTERARVM REGIAE GOETTINGENSIS SOCIO

VIRO

DE ANATOMIA PRAESERTIM NEVROLOGIA PRAECLARE MERITO

FAVTORI

PRAECEPTORI ET AMICO SVO

PERQVAM VENERANDO

HVNC

QVALEMCVNQVE TRACTATVM NEVROLOGICVM OBSERVANTIAE
ET GRATAE MENTIS DOCVMENTVM

D. D. D.

IOHANNES LEONHARDVS FISCHER.

P R A E F A T I O.

Nouam hanc Neruorum Lumbalium, Sacralium et Extremitatum inferiorum descriptionem atque delineationem, quam neminem putamus habituram esse pro re admodum leui ac conatu inutili, siue ille sit anatomicus, siue medicus practicus, qui crebras istas horum neruorum varietates non minus nouit ac morbos quosdam in corpore aegroto, qui absque subtili accurataque horum neruorum cognitione neque recte dignosci atque diiudicari, neque tolli et feliciter sanari possunt, in publicum emittimus, tamquam triennis anatomici nostri laboris fructum et, quatenus animi vires labori huic pares fuerint et quantum eos, qui ante nos in hoc laborum genere operam suam posuerunt vel superauerimus vel reliquerimus, timidi nos permittimus aequo Lectorum iudicio, non nescii licet, in disquirendis neruis illis omnem nos collocasse operam atque diligentiam et in variis naeuis, qui tractationi huic adhaerent, nonnullos ex eo esse genere, qui vel summa data opera et adhibita omni cura vix a tali labore remoueri queant. Quum porro in profligando labore hoc tramite perrexerimus, quem nobis ipsi signaueramus praescripseramusque, breuiter, vt cuncta vno intuitu perlustrari possint, indicabimus, quid a nobis actum, quid intermissum sit, et Lectores eo deducemus, vnde velimus exeant in iudicio de nobis habendo et formando.

Quod ad administrationem anatomicam horum neruorum attinet, praeter sagacissimum WALTERVM neminem sumus secuti propterea, ne in variationibus ac discrepantiis in errores induceremur et in persequendis ramis subtilioribus praeter, necessitatem moram nobis necteremus. At vero in conficiendis iconibus duces secuti sumus VESALIVM, EVSTACHIVM BERRETTINVM, ALBINVM, CAMPERVM paucosque adhuc alios; quod hoc sensu dictum velimus, nos res delineandas non vna, sed pluribus figuris ita expressisse, vt res, in vna depictae, in altera vel abesse commode possent, vel leuiter tantum adumbrarentur. Atque sic ad exemplum illorum Virorum, qui praeclare de anatomia meruerunt, euitauimus hoc, ne modo, a natura abhorrente, partes nimis distractae et quasi laceratae sisterentur, quamquam e contrario numerus tabularum erat augendus. Quodsi in methodo hac comparamus commodum et incommodum, reperiemus, prius longe superare posterius et perspicuitatem ac situs partium conseruationem, principes illas duas scriptoris de rebus anatomicis virtutes, vnica hac via impetrari posse, vt ne dicamus de eo, oculum non ita, vt plerumque iconibus anatomicis fit, offendi, quae ideo, quod formam referant, a solemni naturae tramite abhorrentem, igitur fastidiosam, nomine operis artificiosi indignae sunt. Quam rem, admodum taxandam, vt euitaremus, Neruos Femorales in Tab. II. ita depinximus vt eorum rami sub cute et in lata femoris fascia siti sunt et conspiciuntur, aut per eam transparent, cum Tab. III. ramos neruosos in primo et Tab. IV. in secundo ac interdum tertio musculorum ordine positos repraesentet.

Omnes porro partes carnosas, in situ et nexu suo relictas, delineauimus et si deinde vel reclinati vel abscissi sunt, operam dedimus, vt, vbi fieri poterat, linearum punctatarum ope, suasore OESERO, praesentes restituerentur et eo ipso forma femoris atque cruris aliquo modo conseruaretur.

Omnes musculos tamquam viuos depingere conati sumus, partim, vt neruis ille situs daretur, quem in homine viuo habent, (qui enim medicinam facit, eum non puto scire cupere, vbi et quo modo in cadaueribus siti sint) partim vero, vt regulis artis aliquatenus fieret satis. Ipsum vero hoc pluribus difficultatibus coniunctum fuisse et hoc respectu neruos musculares longe impeditiori ratione sistendos esse dexterioremque artificem requirere, quam neruos viscerales, quisque facile intelliget, quamquam, si ab alia res spectetur parte, libenter largiamur, prioris generis neruos longe facilius, quam posterioris indagari extricarique posse.

Origines Neruorum Lumbalium et Sacralium ad normam iconis WALTERIANAE omni cum cura, naturali eorum situ quamuis neglecto, Tab. II. Fig. 2. repraesentare conati sumus, diuersitates vero, in praeparandis hisce neruis nobis obuias, explicationi eiusdem Tabulae et Figurae subiunximus. Quum autem horum neruorum plures et praeprimis Neruum Ischiadicum in naturali sua sede repraesentaremus, praestantem illam CAMPERI elegimus delineationem, adiunctam Tab. I. sub Fig. 1. persuasi scilicet, neruos hos noua adumbratione non accuratius neque pulchrius depingi posse.

In delineandis figuris ad naturalem neruorum situm sollerter attendimus, bene gnari, icones anatomicas omni vsu carere practico, si hoc requisito sunt destitutae. Tiro quippe non solum, sed et practicus medicus, hac vel illa oblata occasione, quod supra iam tetigimus, non scire cupiet, num nerui sint in corpore humano, sed vbinam locorum ipsi sint positi. Quantumuis vero circa situs conseruationem fuimus occupati, aliquoties tamen plurium ramorum causa truncos paullisper extra illum suum situm depingere necesse habebamus, nusquam tamen sic, vt omnino sedem suam amisissent, praeterquam tum, quod tamen raro factum est, cum iam in antecedente tabula in sua sede eos repraesentauerimus et iam ceterorum, hactenus occultatorum neruorum causa eos paullisper dimouere debuerimus.

Aliam impendimus curam variationibus imprimis Neruorum femoralium, qui, vt vulgaris fert opinio, respectu ad eorum origines et distributiones, nullis certis legibus parere creduntur. Persuasi tamen, naturam semper agere ex legibus,

bus, nulli nos dubitauimus, plures variationes colligere, et a nobis obseruatas illis adiungere, si forte repetita attentione intelligatur demum, quoties variare possit natura, et quibus legibus variationes illae innitantur.

Non omnes Neurographos, vno WALTERO excepto, qui quoad descriptionem Neruorum Sacralium neminem habet sui similem, non in vsum a nobis vocari potuisse, ille intelliget, qui scit, Neruos Femorales vulgo non ita sollerter et, qua digni erant cura ac disquisitione, esse consideratos, neque adeo hucusque diligenter satis descriptos neque delineatos esse. WINSLOVII quidem, SABATIERII et MARTINII descriptiones multa continent, sed certe non tantum, vt noua disquisitio horum neruorum, praesertim cutaneorum, locum habere nequeat, neque desiderari possit. Tabulae etiam, quos EVSTACHII, BERRETTINI et VIEVSSENII diligentiae debemus, omni existimatione dignae sunt habendae; quum vero subiuncta Tabularum explicatio nimia laboret breuitate ac ieiunitate, non vbique iustam idoneamque diffundunt lucem. Vnus STYX summam mereret laudem, si praestanti suae descriptioni Nerui Cruralis et Obturatorii, non minus praestantem descriptionem Neruorum Femoralium posteriorum adiunxisset et in iconibus suis acrius ad situm naturalem musculorum et neruorum attendisset. Quod attinet ad IOERDENSII descriptionem Nerui Ischiadici, ea longe maiori plausu fuisset excepta, si auctori placuisset in conficiendis tabulis maiori elegantia ac subtilitate vti, nec musculos et neruos contra omnes naturae leges et ordinem et ad fastidium vsque adeo diducere ac distorquere, vt vel ille ipse, qui artem anatomicam profitetur, eos difficulter agnoscat, nisi tabularum explicationem perpetuo manu verset. Saepius vero et praesertim in subtiliori disquisitione neruorum cutaneorum neminem fere ducem aut comitem habuimus, neque, si opus erat, ad illos libros, neque ad alios fontes recurrere potuimus.

In iisdem vero nervis cutaneis disquirendis ex voto plurium anatomicorum, in primis COOPMANSII, praecipua cura ac circumspectione versatis, accidit nobis, esse tam felicibus, vt non solum proxime sub cute, sed etiam in lata femoris fascia elegantissimos ac subtilissimos plexus neruosos, retia, quid? quod ganglia obseruaremus, quae vero propter imminutam iconum nostrarum ambitum et propter neruorum ipsorum tenuitatem ac subtilitatem depingere non potuimus, praesertim, quum iam hinc inde necessitate nos compulsos videremus, qui plures minores neruos et vasa sanguifera maiori ambitu delinearemus, quam per naturam sunt, et suspicione nos oneraremus, quasi non vbique recte et accurate versati fuerimus, etsi quidem haud ignoramus, incommodum ea propter tironibus metuendum, tale ac tantum non esse, quale et quantum ab auctoribus nonnullis creditur.

Quum ex saepe factis et iteratis disquisitionibus nostris neruos glandularum lymphaticarum et praeprimis inguinalium minutissimis filamentis in tela cellulosa, proxime eos cingente, terminatos deprehenderimus, non ausi sumus cum WALTERO contendere, omnibus eas omnino neruorum propagationibus esse destitutas.

In constituendis neruorum ordinibus vsi sumus vocabulis trunci, rami, ramuli, surculi, filamenti, filamenti tenuis, et sedulo cauimus, ne ad exemplum quorundam neurologorum truncus ex trunco, aut ramus ex ramo ortum traheret suum. In eo porro circumspecte versati sumus, vt ne in designandis ramis, sibi inuicem quoad originem et crassitiem aequalibus, ramus hic cum maiori numero aut littera, ille vero cum minore indicaretur. Porro id curauimus, vt ne ordo numerorum in neruorum ramis notandis, nec in ipsa tabularum explicatione praeter necessitatem et saepius interrumperetur, nec, quantum fieri potuit, perturbatio aut confusio oriretur, vel Lectorum patientia vexaretur ac fatigaretur.

Icones vlteriorum distributionum Neruorum quorundam Lumbalium et Nerui Obturatorii in femore, quum huic tractatui adiungi haud possent, in alio cum Lectoribus communicandi nobis animus est.

Porro studiosi abstinuimus ab omnibus obseruationibus medico-practicis, quamquam haud difficile fuisset, eiusmodi praeeuntibus COTTVNIO, WINSLOVIO, SABATIERIO, CAMPERO, COOPMANNS et aliis, nostris obseruationibus anatomicis adiungere.

Denique dolemus, quod SOEMMERINGII eximius liber: Von dem Bau des menschlichen Leibes &c. non prius in lucem prodierit, vt et in elaborando hoc tractatu vsus aliquis inde ad nos accesserit.

DESCRI-

DESCRIPTIO ANATOMICA
NERVORVM
LVMBALIVM SACRALIVM
ET
EXTREMITATVM INFERIORVM.

NERVORVM LVMBALIVM nomine neruos intelligimus, qui ex infima medullae ſpinalis parte origines ſuas trahunt et per foramina lateralia vertebrarum lumbalium ab vtroque latere e canali vertebrali egrediuntur. Notari hic praecipue meretur, cum ipſa ſpinalis medulla in regione vertebrae lumbalis ſecundae per duas, quas vocant, eminentias pyramidales, finiatur, primordia neruos hos habere paullo ſuperius, eoſdem vero longe inferius demum exire. Patet exinde, primum et ſecundum par lumbale ex medulla ſpinali ipſa oriri; reliqua vero paria ex cauda equina, vt vocamus, id eſt, ex communi illa collectione neruea ordiri, quae ſub forma faſciculi filamentorum, longe prius congregatorum, finem medullae ſpinalis conſtituit, hocque nomine anatomicis nota. Origines horum filamentorum ex intima quidem medullae ſpinalis parte proueniunt, ſed non tam diſtincto ordine ſeparatae, vt reliquorum neruorum. Etenim circa eorum per foramina vertebrarum lateralia egreſſum hanc methodum natura obſeruauit, vt, qui primi exeunt nerui, ſuperiori loco ex medulla emittantur. Licet vero multis ſtatuere placuerit, numerum horum neruorum vertebrarum lumbalium numero reſpondere, Perilluſtri tamen HALLERO [a] noua eorum numerandorum ratio ſequenda viſa eſt. Par enim, ſub vertebra dorſali vltima exiens, etſi olim veteribus ſub nomine dorſalis vltimi notum fuerit, primum, et par, ſupra os ſacrum egrediens, vltimum lumbale vocauit. Numerat igitur vir ille Celeberrimus ſex neruorum lumbalium paria. Negandum non eſt, hunc calculum multum commoditatis habere; attamen recentiores fere omnes neruographi [b] cauſa, neſcio qua, commoti, veterem numerandi methodum naturae et tironum ingenio accommodatiorem laudant et ſequuntur.

Quod ad nos attinet, a parte illorum anatomicorum ſtamus, qui totidem horum neruorum paria ſtatuunt, quot numero ſunt vertebrae lumbales. Numeramus igitur quinque paria; quorum primum ſub prima, et quintum ſub quinta lumbali vertebra exit et idem cum his vertebris obtinet nomen; tertium, quartum et quintum reliquis craſſiora et maiora ſunt ac praecipue in partibus, quae extremitatum inferiorum nomine veniunt, diſtribuuntur. Omnes vero lumbales nerui ramos verſus anteriora et poſteriora mittunt, communicant cum neruo intercoſtali, ſeu ſympathico magno, breuiorum ramorum ope, cum ab his haud ſatis longe diſſiti ſint intercoſtales, et inter ſe coniunguntur ramis, ex vniuscuiuſque paris trunco prouenientibus. Ab anteriore parte a muſculo pſoa maiore et minore; a poſteriori vero a muſculis dorſalibus et lumbalibus vel plus, vel minus obteguntur et muniuntur. Magna denique in origine, numero et diſtributione ramorum varietas obſeruatur; vnde fit, vt auctores in deſcribendis hiſce neruis admodum a ſe inuicem diſcrepent. De quibus vero diſcrepantiis ſuo tempore plura dicentur.

PRIMVM PAR LVMBALE icones noſtrae [c] ex parte tantum repraeſentant, cum, opportunitate haud deficiente Deoque vitam largiente, de his aliisque neruis perfectiorem picturam cum Lectoribus noſtris in poſterum communicandi nobis ſit animus. Emittit ramulos anaſtomoticos ad augendum neruum intercoſtalem et porrigit ramum, vt cum ramo dorſalis duodecimi ſe coniungat; ramum quoque dat, qui cum ramo ſecundi paris lumborum anaſtomoſin init [d]. Quatuor deinde inſignes alii rami proueniunt [e].

Horum primus exteriora verſus ante muſculum pſoam, quem perforat, poſitus, partim iuxta funiculum ſpermaticum ad eam aperturam tendit, quam annulum abdominalem vocamus et ex qua cum vaſis ſpermaticis egreditur, partim ligamentum POVPARTII ſubit et foras emittitur. Antequam vero hunc locum attigerit, in duos ſecedit ramulos, ſcilicet in ramulum internum et externum. Internus ad montem Veneris, ſcrotum, membranas teſtis, teſtem ipſum et cutim, has partes obducentem, variis ſurculis properat. Ramulus externuscum vaſis cruralibus, quibus agglutinatus eſt, ad anteriorem femoris partem deſcendit glanduliſque inguinalibus, latae femoris faſciae et cuti proximae largitur ſurculos. In feminis vero primus hic ramus ramulis ſuis, interno ſcilicet et externo, ad ligamentum vteri rotundum et vterum ipſum, montem Veneris et labia pudendorum externa [f] abit. Celeb. GVENTHERVS [g], cuius deſcriptio eiuſdem nerui cum noſtra conſentit, ramum hunc paris lumbalis primi ſpermaticum externum vocat cum WALTERO [h]

et

a) A. HALLERI Elementa Phyſiolog. Sequimur editionem quae prodiit Lauſannae 1762. in 4. Tom. IV. Lib. X. Sect. VI. §. 38.

b) Inter hos nominamus Cel. I. G. HAASIVM in libro huius tituli: Cerebri et Neruorum Corporis Humani Anatome Repetita. Lipſ. 1781. in 8. p. 103. Celeb. LIEVTAVD: in Eſſais anatomiques, in vernaculam linguam tranſlat. (Zergliederungskunſt, quae lucem vidit Lipſiae Tomis II.) 8. 1782. p. 173. MARTINVM in Inſtitutionibus Neurologicis edit. Holmiae et Lipſiae 1781. 8. p. 226. STYX in Diſſert. Deſcriptio Nerui Crural. et Obturatorii. Ienae 1782. 4. p. 6. GVENTHERVM Kurzer Entwurf der Anatomiſchen Nervenlehre, überſetzt und mit Zuſätzen des Verfaſſers herausgegeben von H. W. POTTGIESSER. Düſſeldorf. 1789. in 8. p. 147. G. COOPMANS in Neurologia Franequerae 1789. 8. p. 156. I. G. WALTERVM in Tabulis Nervorum Thoracis et Abdominis. Berol. 1783. form. max. De reliquis tacemus.

c) Vide Tab. II. III. et IV. Fig. 1. 2. 3. 4. 5. et Fig. 2. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

d) Diſtributionem hanc monſtrant WALTERI Tabulae Neruorum Thoracis et Abdominis Tab. I. Fig. 1. — Numeri 66. 79. 80. 81. oſtendunt ramulos ad augendum neruum intercoſtalem: numerus 77. repraeſentat ramum anaſtomoticum inter neruum dorſalem vltimum et primum lumbarem. Numerus denique 96. monſtrat neruum communicantem inter par lumbale primum et ſecundum.

e) Conf. HAASII Cerebri et Neruorum C. H. Anatome Repetita p. 103. §. 199.

f) WALTERI Tab. Nerv. Thor. et Abd. Tab. I. Fig. 1. Numeri 86 et 87. neruum ſpermaticum externum ſignant; numeri 88. 89. 90 ramulum eius internum ad ligamenta vteri rotunda et vterum ipſum deſcendentem, et numeri 91. 92. 93. 94. 95. ramulum eius externum cum ſuis ſurculis ad montem Veneris abeuntes notant.

g) Vid. Eius Kurzer Entwurf etc. p. 147.

h) Vide Eius Tabul. Neruorum l. c.

et duos eius ramos nomine nerui inguinalis interni et externi, ſeu cutanei anterioris [i] femoris inſignit. Praeterea monet, antequam ramus ille in duos ramulos ſecedat ſuos, eum ſurculum adhuc poſteriora verſus veſicae vrinariae largiri. At vero de hoc veſicali ſurculo HALLERVS, MARTINVS, HAASIVS, LIEVTAVD, COOPMANS, ipſe ſagaciſſimus WALTERVS et alii tacent.

Secundum paris primi lumbalis ramum icones noſtrae e ſua ſede paululum dimotum repraeſentant Tab. II. III. IV. Fig. 1. n. 1. Deſcendit poſt marginem externum muſculi pſoae ad criſtam oſſis ilei et inter labium eius externum et internum migrat et ſupra ſpinam oſſis ilei ſuperiorem anteriorem cum ramo 26. nerui lumbalis ſecundi committitur, et perforata lata femoris faſcia, ad anteriorem femoris cutaneam partem et ad montem Veneris atque ſcrotum prorepit, vt paulo poſt accuratius demonſtrabimus. In hoc vero itinere ramulum ad poſteriorem femoris partem ſpargit 6. qui multis filamentis, partim in adipe, partim in cute, muſculum gluteum maximum tegente, terminatur. Vide Tab. II. III. Fig. 2. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Alter ramulus, qui ex eodem ramo ſecundo oritur, ad eundem fere locum tendit ibique conſumitur. Vide Tab. II. III. IV. Fig. 1. 13. et Tab. II. III. Fig. 2. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. Qui ſurculi, cum tenuiores ſint et ſupra criſtam oſſis ilei reflectantur, facile diſſecantur et oculis ſeſe ſubtrahunt, licet haud affirmauerimus, in vnoquoque cadauere eos eſſe inueniendos. Excepta hac diſcrepantia noſtra huius ſecundi rami deſcriptio cum aliorum auctorum decretis accurate conſentit. Cel. WALTERVS ſolum hunc ramum depingere curauit [k]; in noſtris vero imaginibus cum aliis concretus repraeſentatur.

Tertius paris primi lumbalis ramus, in Tab. II. III. IV. Fig. 1. num. 4. cum ramo quarto ex vno eodemque trunco enatus, abſciſſus et reclinatus repraeſentatur. Ante muſculum quadratum deſcendit et inter fibras muſculi tranſuerſalis et obliqui interni migrat, et, perforata aponeuroſi muſculi obliqui externi, in cute pubis et annuli abdominalis terminatur. Qua in via aliquot ſurculos muſculis abdominalibus largitur. Cel. GVENTHERVS [l] nerũum hunc ramum inguinalem vocat et Cel. ANTONIVM PETIT in ſuis praelectionibus tres nunc recenſitos ramos communi nomine inguinalium neruorum inſigniuiſſe, inter nos conſtat.

Quartus denique ramus poſterior et muſcularis eſt, quem Tabb. II. III. IV. abſciſſum, reclinatum et cum tertio coniunctum Fig. 1. num. 2. oſtendunt. Muſculum pſoam penetrat et per quadratum lumborum, cui ſurculos praebet, tranſit et intertranſuerſariis, interſpinalibus lumborum, longiſſimo dorſi, ſacrolumbari et vicinis integumentis neruulos impertit. Cel. WALTERVS quinque, vel ſex huius paris ramos depinxit, exceptis illis communicantibus ramis [m]; auctores alii pauciores, e. g. VIEVSSENIVS [n] et BERRETTINVS [o]. Methodum noſtram hoſce ramos numerandi, quam et Cel. HAASIVS [p], GVENTHERVS [q] COOPMANS [r] WINSLOVIVS [s] SABATIER [t] et alii obſeruarunt, a MARTINO [u] neglectam eſſe, ex libro ipſius clare apparet. Memoriam enim tironum non admodum ſubleuari putat, ſi quiuis lumbalis ſecundum ſuum exitum conſideretur et ſinguli rami ſine reſpectu vel combinationum eorundem pro formando plexu aliquo, vel ſimplicis ipſorum progreſſionis enumerentur et recenſeantur. Tali enumeratione, ait, notabiles ramos a minoribus non diſtingui, neque principales neruos a reliquis ſegregari poſſe. Factum igitur eſt, vt aliorum auctorum primos ramos neruorum lumbalium tractauerit vltimo loco et vice verſa. Sic quoque ramum noſtrum primum, ſpermaticum externum dictum, inter reliquos tanquam vltimum deſcripſit. Methodus quidem arbitraria eſſe videtur; MARTINIANAM tamen accuratiori diligentiorique horum ramorum deſcriptioni fauere, et iuuenili ingenio accommodatam eſſe, negamus; immo vero noua haec et diuerſa methodus tironibus horum neruorum ſtudium moleſtius reddit.

SECVNDVM PAR LVMBALE in Tab. I. Fig. 2. n. 26. repraeſentatum, tribus, 100. 101. 102. vel, vt ſemel obſeruauimus, quinque ramulis cum neruo intercoſtali coniunctum eſt. Spargit ramum ſuperiora verſus 96. ope cuius coniungitur cum pari primo. E foramine ſuo vertebrali egreſſum, ganglion facit ſingulare 104. in duas radices, ſuperiorem ſcilicet 112. et inferiorem 113. exiens; quae vero radices paulo poſt in vnum neruum coaleſcunt, ramum anaſtomoticum inter par lumbale ſecundum et tertium 111. qui primam nerui cruralis originem ſimul conſtituit, et primam nerui obturatorii radicem 143. exhibentem. Emiſſis hiſce ramulis anaſtomoſibusque factis, alii ex ſecundo hoc pari proueniunt rami. Sic duo ad muſculum pſoam maiorem, ex neruo anaſtomotico 111. orti, tendunt 114. 115. Tres ex ganglio paris huius ſecundi 104. oriuntur 105. 106. 107. et ad muſculum quadratum lumborum et pſoam maiorem et minorem abeunt. Vnus 108. ex eodem ganglio iuxta marginem externum muſculi pſoae deſcendit, muſculum iliacum internum tranſit et facta inſula, 33. 34. cum ramo 5. Tab. II. III. IV. Fig. 1. paris primi coniunctus, ſub ligamento POVPARTII ad regionem inguinalem tendit, ibique ſurculo 38. ad adipem montis Veneris aſcendit, ſurculo 39. ſcrotum et in feminis labia pudendorum externa adit et ſurculo denique 43. in glandula inguinali, partibus pudendis proxima, conſumitur. Vid. Tab. II. Fig. 1. Monendum adhuc eſt, ramulum ex hoc ramo 108. ſuper ſpinam oſſis ilei poſteriorem egredi et circa huius oſſis criſtam poſteriora verſus flecti. Vid. Tab. II. Fig. 1. 27. et Fig. 2. 27. Diſtribuitur variis ſurculis 28. 29. 30. 31. in cute et membrana eius adipoſa, muſculum gluteum medium tegente. Alius ramus paris lumbalis ſecundi, cuius originem Tab. I. Fig. 2. 109. monſtrat, muſculis abdominalibus ſurculos nonnullos largitur, quibus emiſſis, iuxta chordam ſpermaticam annulum tranſit et circa arteriam cruralem, COOPMANS teſte, anſa facta, ad inguen et ſcrotum deſcendit [v]. Cel. CAMPERVS [w] inguinalem neruum vocat [*]) et iuxta pſoae minoris tendinem migrantem depinxit. Vide Tab. I. Fig. 1. 27. Ex noſtra qualicunque ſententia eam ob cauſam minus recte hoc nomine inſignitur, quoniam maxima ex parte in pudendis vtriuſque ſexus et femoris anteriore cutanea parte conſumitur. Vid. Tab. II. Fig. 1. 401. Perforato enim ligamento POVPARTII ramum exteriora verſus ad glandulam inguinalem 402. mittit, cuius ramulus 403. in adipe terminatur. Alter ramus aliam glandulam 404. intrat. Alius ramus 405. ad anteriorem femoris partem deſcendit et partim anaſtomoſin init 406. cum neruo cutaneo anteriore, partim 407. in adipe ceſſat. Vltimus eius ramus 408. in tres abit ſurculos. Primus eorum 409. ad glandulam inguinalem deſcendit, in quo itinere

i) Hoc nomine nos alium neruum, ex crurali neruo ortum, inſigniuimus.

k) Vide Eius Tabul. Nerv. Tab. I. Fig. 1. n. 85.

l) Vide Eius Kurzen Entwurf. l. c.

m) Vid. Eius Tab. Neruor. Tab. I. Fig. 1. n. 82. 83. 84. 85. 86.

n) R. VIEVSSENII Neurographia Vniuerſalis. Lugduni 1684. in Fol. p. 214 et 226. Tab. XXVIII.

o) Tabulae Anatomicae a P. BERRETTINO Cortonenſi, edd. a C. PETRIOLI Romano. Romae 1741. Fol.

p) Vid. Eius Cerebr. et Nerv. Anatom. Rep. l. c.

q) Vid. Eius Kurzen Entwurf. l. c.

r) Vid. Eius Neurolog. p. 156. §. 217.

s) WINSLOW Traité des Nerfs. §. 275-287. in: Expoſition Anatomique. T. III.

t) SABATIER Traité Complet d'Anatom. Tom. III. a Paris 1781. 8. p. 727.

u) Vid. Eius Inſtitutiones Neurolog. p. 227. 228. 229.

v) Vide B. EVSTACHII Tabul. Anatom. Edit. ab B. ALBINO Leid. 1761. in Fol. Tab. XIX. n. 2. n. 21. et Tab. XXI. n. 2.

w) P. CAMPERI Demonſtrationum Anatomico-Pathologicarum Lib. II. Amſtelaed. 1762. Fol. Mai. Lib. II. p. 7.

*) Clar. COOPMANS exactam huius nerui deſcriptionem dedit. Vid. Eius Neurologiam p. 161. et MONROI Tract. de Neruis, latine ab ipſo redditum. Edit. altera. p. 188. not. a.

itinere filamentum 410. adipi largiens, finitur deinde duobus filamentis 411. in alia glandula. Secundus ſurculus 412. quoque ad glandulam inguinalem tendit. Tertius vero, qui inter pudendos neruos externos referendus eſt 413., duobus filamentis ad ſcrotum, vel labia externa in feminis migrat et in muſculo cremaſtere, vbi cum ramis nerui pudendi inferioris coniungitur, et in cute et adipe harum partium multis fibrillis diſtribuitur [*]. Non raro ramus hic ex tertio lumbali augmentum accipit. Vltimus paris ſecundi lumbalis ramus, Tab. I. Fig. 2. 110. poſteriore loco poſitus, ad muſculum quadratum lumborum, muſculos coſtoceruicales et reliquos extenſores dorſales migrat et tandem in cute femoris auerſam partem tegente, finitur. Cel. Gventhervs [x] ramum hunc cutaneum femoris poſteriorem nuncupat, quo vero nomine alium, non inſigniorem neruum, nos inſigniuimus. Sic praeter communicantes iſtos ramos Tab. I. Fig. 2. 100. 101. 102. 96. 111. 143. octo enumerauimus 105. 106. 107. 108. 109. 110. 114. 115. qui ſeorſim ex trunco ſuo egrediuntur, cum alii auctores plerumque quatuor tantum mentionem faciant. Factum igitur eſt, vt propter horum ramorum maiorem numerum in noſtra deſcriptione ordinem conſuetum ſequi nequiuerimus. Caeterum facile eſt intellectu, Cel. Haasii [y] et Sabatier [z] ramum huius paris lumbalis primum, noſtrum inguinalem 109. eſſe; eorum ſecundum, communicanti noſtro 111. reſpondere; eorum tertium cum noſtro ramo 108. ſi diſcrepantiam exiguam exceperis, vnum eſſe eundemque; eorum denique quartum cum poſteriori noſtro 110. accurate conuenire. Cel. Gventhervs quinque deſcribit ramos [a], qui a noſtris in eo tantum differunt, vt ramus eius tertius, inguinalis noſtri ramulus, et ramus eius quintus, vel cutaneus femoris poſterior, ſurculus noſtri poſterioris rami ſit. Plures huius paris variationes apud Vievssenivm [b], Berrettinvm [c] et Evstachivm [d] inuenient Lectores, ad quos, ſi cognitas illas habere velint, ablegamus. Hoc vero par lumbale inter reliqua, quoad ramos eius, admodum variare, et non mirum eſſe, auctores in deſcribendis et depingendis hiſce ramis valde a ſe inuicem diſcrepare, hancque diſcrepantiam tironibus moleſtam eſſe, ambabus manibus largimur.

TERTIVM PAR LVMBALE depictum inuenitur in Tab. I. Fig. 2. num. 27. A natura ad formandum neruum cruralem et augendum obturatorium praecipue factum eſſe videtur. Quidam igitur rami ſunt inſigniores, alii exigui et reſpectu antecedentis paris pauciores. Tribus cum ramis anaſtomoſin init cum neruo intercoſtali 118. 119. 121. Superiora verſus ope rami communicantis 111. quempaulo ante deſcripſimus, cum pari lumbali ſecundo coniungitur et verſus inferiora per radicem craſſam, quam neruus cruralis abhoc accipit 135. et per augmenta 144. 145. 146. ad neruum obturatorium, cum pari lumbali quarto cohaeret. Alii rami, Vievssenio teſte [e], ad muſculum pſoam tendunt; alius, eiuſdem auctoris teſtimonio, ad glandulas inguinales et ſubinguinales, vt vocat, nec non ad venam arteriamque cruralem migrat [f] et tandem in neruum cruralem abit [*]. Cum non raro hi deſiderentur rami, vel admodum exigui ſint, et Waltervs [g] et nos intactos eos reliquimus. Praeter hos alios nominat Lievtavd [h] ad muſculum iliacum et pectineum, ſeu liuidum proficiſcentes. Verendum tamen eſt, ne Cel. ille Auctor hos cum aliis confuderit; quod eo ſit probabilius, cum reliqui de his ramis praeſertim de ramo pectineo neurographi taceant.

Alius vero ramus, vel ſimplici, vt in noſtra Tab. II. Fig. 1. n. 44. et Vesalii icone [*]) repraeſentatus eſt, vel duplici radice, vt Vievssenivs [i] depinxit et Winslovivs [k], Martinvs [l] et Hallervs [m] eum deſcripſerunt, ex noſtro lumbali oritur, quem Vesalivs primum cruris neruum, Martinvs [n] cutaneum exteriorem, Petit cutaneum cruralem anteriorem et exteriorem et Styx [o] cutaneum externum, qua denominatione et nos vſi ſumus, nuncupat. Halleri [p] teſtimonio ex ſecundo et tertio et nonnunquam ex quarto pari lumbali originem trahit ſuam. Cel. Styx [q] qui egregiam huius nerui deſcriptionem dedit, hunc a pari tantum tertio oriri, contendit. Ex duobus ſi oritur neruus noſter cutaneus externus radicibus, hae muſculum pſoam diuerſis locis perforant, paulo inferius concurrunt et ſocii euadunt, vſque dum ſpinam oſſis ilei anteriorem et ſuperiorem attigerunt. Eodem vero loco, aut ſingulae verſus anteriorem et poſteriorem femoris partem, vt Hallervs obſeruauit [r], deſcendunt, aut vnum tantum neruum formant, in duos deinde ramos ſecedentem. Quod ſi vero ſimplex oritur, paulo poſt originem muſculo pſoae, quem penetrat, aliquot filamenta largitur, deinde tranſit ſupra muſculum iliacum internum et hic loci ſurculum anaſtomoticum Tab. II. III. et IV. Fig. 1. n. 46. ad cruralem neruum augendum exhibet, cuius tenues laterales ſurculi 45. cum plexu iliaco 105. de quo paulo poſt ſermo erit, ſunt coniuncti. Ad ſpinam anteriorem et ſuperiorem oſſis ilei profectus, in ramum ſecedit anteriorem et poſteriorem. Vid. Tab. II. Fig. 1. n. 69. 47.

Anterior huius nerui ramus 69., quem Hallervs [s] internum vocat, fibris ligamentoſis ligamenti Povpartii, vel, quod idem eſt, principiis latae femoris faſciae tegitur, ad mediam fere muſculi tenſoris faſciae progreſſus, illas penetrat, et verſus muſculum vaſtum externum proficiſcitur. Vid. Tab. II. Fig. 1. De hoc videri poſſunt Vievssenii [t] et Winslovii [u] icones et deſcriptiones. Perforata lata faſcia primum remulum ſpargit 70. qui duobus filamentis in adipe, muſculum tenſorem tegente, euaneſcit. Secundus eius ramulus 72. vno ſurculo 73. ad cutim muſculi vaſti externi migrat, altero vero 74. in adipe eiuſdem fere loci finitur. Tertius ramulus 76. duobus ſurculis 77. 78. in lata femoris faſcia terminatur. Quartus ramulus 79. vno ſurculo 80. in cute, altero vero 81. in membrana cutis adipoſa, vt vocatur, euaneſcit. Ramus noſter anterior ad mediam fere muſculi vaſti externi partem profectus, in duo nunc aequales ramulos diuiditur. Vnus 83. quintum huius nerui conſtituit ramulum et in duos ſecedit ſurculos 84. 85. Surculus 84. cutaneus eſt et duobus filamentis cutim adit; ſurculus 85. ſubcutaneus ſpargit

x) Vid. Eius kurzen Entwurf. p. 149.

y) Vid. Eius Cerebr. et Neru. Anatom. p. 104. §. 201.

z) Vid. Eius Traité d'Anat. Tom. II. p. 727.

*) Ramus hic et apud Willisivm inuenitur. Vid. Eius Anatomen Cerebri, cui acceſſit Neruorum Deſcriptio et Vſus. Londin. 1664. 4. Tab. X. et XI.

a) Vid. Eius kurz. Entwurf. p. 149.

b) Vid. Eius Neurogr. Vniuerſ. Tab. XXVIII.

c) Vid. Eius Tab. Anat. Tab. I. II. et III.

d) Vid. Eius Tab. Anat. Tab. XIX. XX. XXI. XXIII.

e) Vid. Eius Neurogr. Vniuerſal. Tab. XXVIII. n. 51. 52.

f) Vid. l. c. n. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61.

*) Ramus hic ſine dubio Winslovii acceſſorius nerui cruralis eſt. Vid. eius Traité des Nerfs §. 287. Oritur apud hunc auctorem ex coniunctione paris tertii cum quarto, et inter muſculum pſoam et iliacum deſcendit. Confer Martini Inſtitut. Neurolog. p. 228. §. 194. et Styx Diſſertationem de Nerv. Crur. et Obturat. p. 7. et Tab. eius lit. α.

g) Vid. Eius Tabulas Neruor. Tab. I.

h) Vid. Eius Zergliederungskunſt. Tom. II. p. 175.

*) Vid. Eius Fabric. Corp. Hum. p. 553.

i) Vid. Eius Neurogr. Vniuerſ. Tab. 28. 43. 66.

k) Vid. Eius Traité des Nerfs §. 280. 281.

l) Vid. Eius Inſtitut. Neurolog. p. 230. §. 195.

m) Vid. Eius Element. Phyſiol. Tom. IV. Lib. X. Sect. 6. §. 38. p. 250.

n) Vid. Eius Inſtit. Neurolog. l. c.

o) Vid. Eius Diſſertat. de Neruo Crur. et Obturator. p. 26. §. 21.

p) Vid. Eius Elem. Phyſiolog. l. c.

q) Vid. Eius Diſſertat. l. c.

r) Vid. Eius Element. Phyſ. l. c.

s) Vid. Eius Element. Phyſ. l. c.

t) Vid. l. c. Tab. XXVIII. n. 49.

u) Vid. l. c.

vnum filamentum 86, quod duabus fibrillis 87. 88. in adipe consumitur, et alterum 89. quod, facta anastomosi cum ramulo 93. duabus fibrillis 91. 92. in cute, genu exteriora versus tegente, finitur. Alter aequalium ramulorum 93. sextum nostri nerui format ramulum. Emittit 90. surculum anastomoticum, quo cum coniungitur paulo ante descriptum filamentum 89. et alium surculum 94. qui nonnullis filamentis 95. 96. 97. 98. in cute et adipe, superiorem et mediam genu partem muniente, euanescit. Septimus nerui nostri ramulus 99. inter reliquos maximus est. Oritur statim ex ramo anteriore, vbi fasciam latam perforat. In duos surculos, 100. 101. versus mediam et internam femoris partem migrantes, abit. Horum vnus 100. duobus filamentis in contextu celluloso terminatur; alter vero cutim in regione musculi recti cruris adit. Sic igitur ramus anterior nerui cutanei externi distribuitur atque finitur. Ex maiore ramulorum numero clarum est, nostram imaginem plures eorum, quam Styxiana repraesentare, nosque ordinem a Styx secutum [v] in describendis iis non semper sequi potuisse, cum praeterea inter distributionem ramulorum nostrorum et illorum haud minor obseruetur differentia. Quod ad iconem Vievssenii [w] attinet, dictu difficile est, vtrum nostra, an illa perfectior sit, cum in ea plurimi quidem ramuli depicti, non vero descripti et explicati inueniantur. Cui negligentiae et hoc accedit, quod omnes ramuli ex situ, quem a natura habent, sint dimoti; igitur eo facilius ex artificis ingenio, quam auctoris arbitrio et iussu delineati esse videntur. Cel. Hallervs [x] ramum nostrum anteriorem, arteriam cruralem amplectentem, describit, et Vievssenii [y] et Winslovii [z] testimonio vtitur. Sic et Martinvs [a] eum glandulas inguinales adire contendit. Neque vero Gventhervs [b], neque Styx [c], neque nos, omni quidem opera in disquirendo eo data, similem decursum et distributionem inuenire potuimus. Quod de ramo hoc in genere statuimus, idem et de altero, nimirum posteriore dictum velimus. Statim igitur progredimur ad vlteriorem eius descriptionem.

Depictus est in Tab. II. III. et IV. Fig. 1. n. 47. at distributionem eius monstrat Tab. II. III. Fig. 2. et distinctius Tab. II. Fig. 2. qua in describendo eo quoque vtemur. Apud Evstachivm [d], Vievssenivm [e] et Berrettinvm [f] huius imago etiam inuenitur.

Ipse vero ramus noster posterior 47. quem Hallervs [g] externum et Styx [h] secundum, vel posteriorem vocat, descendit ad externum et posterius femoris latus sic, vt quibusdam ramulorum suorum musculum gluteum maximum attingat. Dein progreditur in latere posteriore musculi vasti externi, et, ad genu profectus, in adipe et cute tandem finitur. In quo vero itinere varios demittit versus exteriorem et posteriorem femoris partem ramulos. Primus eius ramulus, concomitante arteria cutanea, versus posteriora proficiscitur 48. et varios spargit surculos; scilicet surculum 49. recurrentem, qui in adipe cessat; surculum 51. qui anastomosin init cum surculo 24. nerui lumbalis primi; surculum 54. anastomoticum inter hunc et ramulum secundum huius rami; surculum 55. qui duobus filamentis in cute prope tendinem musculi glutei maximi finitur, tertio vero filamento anastomosin init cum vltimo surculo 56. qui sub cute enanescit. Secundus eius ramulus 58. prope marginem externum musculi glutei maximi descendit et surculum 60. vnum, duobus filamentis ad cutim progredientem, et alterum 61. duobus quoque filamentis in cute se finientem, spargit. Tertius eius ramulus 63. exteriora versus vertitur et duobus filamentis cutim, latus externum musculi vasti externi tegentem, adit. Quartus eius ramulus 64. vno filamento cuti inseritur, altero vero in membrana cutis adiposa distribuitur. Quintus eius ramulus 66. cutim adit in latere externo musculi vasti externi. Sextus eius 68. ramulus prope tendinem musculi glutei medii in cute distribuitur. Tandem ramus posterior noster vno ramulo supra latam femoris fasciam cessat, altero vero supra genu cutim adit 67.

Restat adhuc paris nostri lumbalis tertii ramus posterior, quem descriptum inuenimus apud Cel. Haasivm [h] Lievtavd [i] Gventhervm [k] Martinvm [l] et alios, depictum vero apud Berrettinvm [m], Vievssenivm [n], Evstachivm [o] et Waltervm [p]. Apud nos in Tab. I. Fig. 2. n. 136. occurrit. Ad posteriorem lumborum regionem tendit et variis ramulis musculos, hic loci positos, adit.

QVARTVM PAR LVMBALE in Tab. I. Fig. 2. n. 28. depictum est. Quatuor ad augendum neruum intercostalem, seu sympathicum ramos 124. 125. 131. 132. mittit. Quum vero praecipue ad formandum neruum cruralem atque ischiadicum et ad augendum neruum obturatorium a natura factum sit, rami, ad neruos hos abeuntes, non solum insignes, sed fere vnici sunt, qui ex hoc pari proueniunt. Ramus 137. ad neruum cruralem accedens tertiamque eius radicem constituens, anastomoticus haberi licet, cuius ope par nostrum cum pari lumbali tertio coniungitur. Omnino insignis est; attamen inter reliquos, quod ad crassitiem attinet, medium tantum locum occupat. Ramus ad neruum obturatorium 147. antecedente minor est, tertiam huius nerui radicem efficit et par nostrum cum reliquis antecedentibus connectit. Ramus ad formandum neruum ischiadicum pro continuato nerui lumbalis quarti trunco habendus, igitur inter ramos reliquos maximus est, primam huius nerui radicem constituit et simul anastomoticus ramus est inter par nostrum et par lumbale quintum. Praeter hos recensitos ramos et alius, 183. posterior scilicet, notandus est. Posteriora versus proficiscitur et musculis lumbalibus, praesertim extensoribus dorsi ramulis aliquot prospicit et hac ratione finitur. Alius quidem adhuc rami in scriptis Willisii, Halleri et Martini mentio fit, qui ad musculum cremasterem abire fertur; at vero, cum inconstans sit eius origo et distributio, plura de hoc verba facere nolumus. Quum igitur par hoc lumbale quartum pauciores antecedentibus spargat ramos, apud auctores aut parum, aut nihil discrepantiae obseruatur; et si adsunt, ad radices nerui cruralis vel obturatorii, vel ischiadici pertinent. Nos vero de hisce neruis infra plura

v) Vid. Eius Differtat. de Neruo Crur. et Obturat. p. 26.
w) Vid. Eius Neurogr. Vniuerfal. Tab. XXVIII. 49.
x) Vid. Eius Element. Phyfiol. l. c.
y) Vid. Eius Neurogr. Vniuerf. Tab. XXVIII. n. 49.
z) Vid. Eius Traité des Nerfs. l. c.
a) Vid. Eius Inftitut. Neurolog. l. c.
b) Vid. Eius Kurzen Entwurf. l. c.
c) Vid. Eius Differtat. de Neruo Crur. et Obturat. l. c.
d) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. XX.
e) Vid. Eius Neurogr. Vniuerf. Tab. XXVIII. n. 48.
f) Vid. Eius Tabul. Anat. Tab. I. II. III.
g) Vid. Eius Elem. Phyf. l. c.
h) Vid. Eius Cereb. et Neruor. Anatom. p. 105. §. 202.
i) Vid. Eius Zergliederungskunft. Tom. II. p. 175.
k) Vid. Eius Kurzen Entwurf. p. 150.
l) Vid. Eius Inft. Neurol. l. c.
m) Vid. Eius Tab. Anatom. l. c.
n) Vid. Eius Neurogr. Vniuerf. l. c.
o) Vid. Eius Tab. Anatom. l. c.
p) Vid. Eius Tab. Neruor. Thor. et Abd. Fig. 1. et 2. n. 136.

plura suo tempore expositurі, quae obseruanda hic essent, sicco nunc pede transimus. Ceterum Cel. HAASIVS [q], MONROVS [r], GVENTHERVS [s], MARTINVS [t] et alii huius paris descriptionem, BERRETTINVS [u] vero, EVSTACHIVS [v] VIEVSSENIVS [w] et WALTERVS [x] delineationem dederunt. Cel. LIEVTAVD [y], qui etiam inter auctores hos referendus est, ramum ex hoc pari exortum et ad musculum pectineum descendentem descripsit. Nisi ramum nerui obturatorii intelligat, nos illum, omni licet eius inueniendi frustra data opera, ignorare, ingenue fatemur. Sed progredimur ad

QVINTVM et VLTIMVM PAR LVMBALE in Tab. I. Fig. 2. n. 29. delineatum. Inter omnes crassissimum est, pauciores quidem, sed satis crassos spargit ramos; quorum duo, versus anteriora orti, 149. 150. non leuiter augent neruum intercostalem seu sympathicum magnum; versus posteriora vero alius ramus, quem Lectores in icone nostra desiderabunt, emittitur, qui nonnullis surculis in musculis dorsalibus finitur. Quibus ramis emissis, truncus huius paris in cauitatem peluis descendit, et cum trunco paris lumbalis quarti coniunctus, ad formandum neruum ischiadicum haud parum tribuit. Et quum neruus sacralis primus ad ischiadicum componendum maxima ex parte a natura impendatur, intellectu nunc facillimum est, quanam ratione par nostrum cohaereat cum pari lumbali quarto et primo pari sacrali. Clarum quoque est, truncum nostri paris secundam nerui ischiadici radicem constituere et cum prima coniunctum in itinere suo neruum insignem spargere, qui communis muscularis est et musculum gluteum maximum, praecipue vero gluteum minimum et tensorem fasciae femoris latae adit. Igitur hic describendus est, etsi apud alios auctores in tractandis neruis sacralibus, vel in describendo neruo ischiadico, huius occurrat descriptio. Oritur, vt Tab. I. Fig. 2. n. 373. 374. 375. 376. 377. demonstrat, quatuor radicibus ex trunco lumbalis quarti et quinti, et pelui egressus, in tres abit inaequales partes, musculos suos intrantes. Vestigia huius nerui BERRETTINVS ostendit [*]. Quod ad diuersam lumbalis nostri ramorum originem attinet, fere nulla obseruatur; sin datur, vel ad neruum cruralem, vel obturatorium, vel ischiadicum pertinet, igitur ad neruos, paulo post accuratius describendos. Et quidem apud auctores in pari hoc describendo maior, quam in reliquis lumbalibus neruis, constantia deprehenditur. Caeterum eorundem virorum celeberrimorum scripta, a nobis saepius iam laudata, etiam de pari hoc vltimo sunt commendanda.

Diximus, ex pari lumbali secundo, tertio et quarto duos oriri neruos, neruum scilicet cruralem et obturatorium, qui ad extremitates inferiores abeunt et multis ramis in anteriore earum parte absumuntur. Qui nerui, cum, vt ex primo eorum intuitu apparet, propagines horum lumbalium sint, ad neruorum lumbalium historiam, quam conscribere ausi sumus, iure meritoque referuntur. Communicamus igitur cum Lectoribus nostris, quae de eorum ortu, progressu, distributione et vltimo termino in cadaueribus variis sese nobis obtulerunt.

NERVVS CRVRALIS, GALENO [z] iam notus, a VESALIO SECVNDVS NERVVS CRVRIS [**], a BERRETTINO [a] MAGNVS NERVVS CRVRALIS, TRVNCVS LVMBALIVM vel MAGNORVM NERVORVM CRVRALIVM, a VIEVSSENIO [b] CRVRALIS ANTICVS, ab HALLERO [c] FEMORALIS MAGNVS, a LIEVTAVD [d] CRVRALIS MEDIVS dictus, ex plexu, vt vocant, communi paris lumborum secundi, tertii et quarti sic prouenit, vt truncus lumbalis secundi et tertii in vnum neruum confluat, qui a ramo insigni paris lumbalis quarti augetur. Vid. Tab. I. Fig. 2. n. 134. 135. 137. VIEVSSENIO teste [e] ex secundo, tertio, quarto et quinto sic oritur, vt truncus tertii quarti et quinti in vnum colligatur, qui a ramo secundi lumbalis sustentatur. Ad quam sententiam accedere videtur et MARTINVS [f]. Ex obseruationibus LIEVTAVD [g] et WINSLOVII [h] coniuncto pari secundo, tertio et quarto et ex ramo paris primi et vltimi componitur. STYX [i] quoque ex quinque lumbalibus eum ortum obseruauit, attamen sic, vt primum truncum e primo, secundum vero ex quarto et augmenta a ramo paris secundi, tertii et quinti accipiat. HALLERVS [k] eum ex primo, secundo, tertio et quarto ortum vidit [*]. Ad obseruationem vero nostram, de origine huius nerui factam, plures auctores accedunt, e quibus nominare iuuat EVSTACHIVM [**], WALTERVM [l], SABATIER [***], HAASIVM [m], GVENTHERVM [n] et COOPMANS [o], qui vno ore probant, originem huius nerui, hac ratione tractam, consuetam esse et vulgarem. De reliquis leuioris momenti discrepantiis, hinc inde apud neruographos obuiis, studio tacemus.

Ex his iam formatus Neruus Cruralis paululum sub musculo psoa maiore progreditur ac dein inter latus eius externum et musculum iliacum internum in conspectum venit, vbi vna cum vasis iliacis ad ligamentum POVPARTII siue FALLOPII ita descendit, vt plerumque arteria crurarali paululum tegatur. Antequam vero extra abdomen egrediatur, varios, exiles tamen, emittit ramulos. Duo cutanei sunt et e radice secunda, e pari lumbali tertio orta, originem trahunt suam. Vid. Tab. I. Fig. 2. n. 140. 141. Neruum cutaneum formant externum, nisi ipse ille a pari lumbali tertio ipso, a quo constanti fere modo emittitur, oriri voluerit. Recipit deinde Cruralis surculum anastomoticum nerui cutanei externi, Tab. II. Fig. 1. n. 46. quo aucto, plexum exiguum, elegantem tamen, pro musculo psoa maiore format, ex quo ad eundem musculum varii 107. tendunt rami. Praecipuum eorum nomine recurrentis nerui psoae 106. insignimus. Inter reliquos longissimus est et ductu serpentino inter fibras psoae maioris

q) Vid. Eius Cerebr. et Neru. Anat. l. c.
r) Vid. Eius Tractat. de Neru. l. c.
s) Vid. Eius Kurzen Entwurf. l. c.
t) Vid. Eius Institut. Neurol. l. c.
u) Vid. Eius Tabul. Anat. l. c.
v) Vid. Eius Tabul. Anat. l. c.
w) Vid. Eius Neurograph. Vniuers. l. c.
x) Vid. Eius Tabul. Neruorum Thor. et Abdom. l. c.
y) Vid. Eius Zergliederungskunst. Tom. II. l. c.
*) Vid. Eius Tab. Anat. Tab. XVII. Tab. XVIII. et clarius Tab. XIX.
z) Vid. Eius Administ. Anat. Lib. III. Cap. X. p. 83 — 85.
**) Vid. Eius Fabr. Corp. Hum. p. 549.
a) Vid. Eius Tabul. Anat. Tab. II. III. IV.
b) Vid. Eius Neurogr. Vniuers. Tab. XXVIII. l. c.
c) Vid. Eius Element. Phys. l. c.
d) Vid. Eius Zergliederungskunst. Tom. II. p. 178.
e) Vid. Eius Neurogr. Vniuers. Tab. XXVIII.
f) Vid. Eius Institut. Neurol. 231.
g) Vid. Eius Zergliederungsk. l. c.
h) Vid. Eius Traité des Nerfs. l. c.
i) Vid. Eius Dissertat. de Neru. Crur. et Obtur. p. 6. §. 2.
k) Vid. Eius Elem. Phys. l. c.
*) Ab HALLERI parte stat A. MONROVS. Vid. Eius Tractatum de Neruis, p. 186. et W. CHESELDEN in: Anatomie des Menschl. Körp. Germ. vert. A. F. WOLF. Göttingae 1790. p. 237.
**) Vid. Eius Tab. Anat. l. c.
l) Vid. Eius Tab. Anat. Tab. XIX.
***) Vid. Eius Traité Compl. d'Anatom. Tom. III. p. 314.
m) Vid. Eius Cerebr. et Neruor. Anat. l. c.
n) Vid. Eius Kurzen Entwurf. l. c.
o) Vid. Eius Neurolog. p. 160.

majoris ſurſum flectitur et in carne huius vt et pſoae minoris terminatur. Iam Vievssenio [p] innotuit hic plexus; attamen incompletum et rudem eum depinxit; reliqui vero neurographi paene omnes eum neglexerunt. Facto hoc plexu ab interno nerui cruralis latere, alius adhuc ab latere eius externo formatur, quem iliacum 105. 105. 105. vocamus. Ex multis filamentis, inter ſe vario diuerſoque modo vnitis et tenuioribus, quam quos depingere potuimus, conſtat. Qui neruorum extremitatum inferiorum ganglia et plexus negant, in cadaueribus, aut phthiſi, aut ſenectutis debilitate emortuis, ideo in emaciatis et eam ob cauſam ad neruos rite praeparandos praecipue aptis, in hunc inquirant, et vno ore eaſdem ramorum concatenationes mirificas et elegantes, quas in aliis neruis mirari ſolent, et in his, attamen quaſi in nuce, obſeruaſſe ſe, profitebuntur. Expanditur vero plexus hic iliacus ſupra muſculum iliacum internum, anaſtomoſes init 45. cum ſurculo anaſtomotico nerui cutanei externi et verſus anteriora in proceſſu peritonei ſpurio, vt vocant, id eſt, in tela illa cellulosa, membranam hanc cum partibus, hic loci poſitis, coniungente, conſumitur; verſus poſteriora vero in muſculo iliaco euaneſcit, inferiora denique verſus in muſculis abdominalibus ceſſat. Loco huius plexus quidam auctores et inter hos Vievssenivs [q], Martinvs [r], Styx [s], Gventhervs [t] et Coopmans [u] nominari merentur, qui aut vnius, aut duorum, raro plurium ramorum, a neruo crurali ad muſculum iliacum migrantium, mentionem fecerunt [v]. Iam recipit neruus noſter ſub ligamento Povpartii, vel profundiore quoque loco, ſicuti ſupra docuimus, neruum cruralem acceſſorium, ſi ex lumbalibus antea exortus erat; quo aucto extra abdomen egreditur et varias femoris partes adit. In femore vero tunc demum conſpiciendus eſt, quando faſciae latae ſub muſculo ſartorio productio aufertur, vbi ſub latere externo arteriae cruralis eminet et viſui nunc praebet ſuos ramos, quorum principia iam ante intra abdomen ex trunco enati erant. Horum vero numerus ita conſtans non eſt, vt certi et conſtantis quid de his ſtatuere nos audeamus. Vievssenivs [w] duos principales ramos depinxit. Martinvs [x] de ſeptem, vel octo loquitur. Haasivs [y] et Lievtavd [z], a quorum parte plures auctores ſtant, de multis ramis differunt. Sabatier [a] viginti numerat. Styx [b] quatuor, quinque, ſeptem, nouem, vndecim, imo quatuordecim obſeruauit. Coopmans [c], duo, vnum exteriorem, alterum interiorem deſcribit. Hallervs ſilet [d]. In noſtra icone ſex circiter, vel ad ſummum ſeptem eius ramos depictos dedimus. Diuerſitatis huius cauſa, vt Styx iudicat, cuius viri iudicio ex toto nos ſubſcribimus, in eo quaeritur, quod in aliis cadaueribus omnes rami maiores et minores e trunco nerui cruralis ſeorſim exeant, ſed in aliis ramorum loco, vel pauciores, vel plures trunculi, qui rurſus vel pauciores, vel plures ramos ſpargunt, ex illo oriantur. Nerui vero, ex noſtro crurali prouenientes, quos nunc in genere recenſemus, ſed paullo inferius ſpeciatim examinabimus, ſunt:

I. Neruus muſculi pectinei ſeu liuidi. 109 [e]. II. Neruus muſculi ſartorii ſuperior ſeu breuis. 113. III. Neruus muſculi ſartorii medius. 119. IV. Neruus cutaneus medius. 124. V. Neruus ſuperior, ſeu breuis vel primus pro muſculo vaſto externo. 139. VI. Neruus eiuſdem muſculi ſecundus vel medius. 146. VII. Neruus eiuſdem muſculi tertius ſeu inferior. 153. VIII. Neruus eiuſdem muſculi quartus, ſeu longus. 165. IX. Neruus muſculi cruralis ſuperior, ſeu breuis. 173. X. Neruus muſculi recti. 181. XI. Neruus pro muſculo ſartorio longus, ſeu inferior. 200. XII. Neruus cutaneus anterior. 204. XIII. Neruus muſculi abductoris breuis Albini. 222. XIV. Neruus pro muſculo crurali inferior, ſeu longus. 223. XV. Neruus muſculi vaſti interni ſuperior, ſeu breuis. 245. XVI. Neruus muſculi vaſti interni inferior, ſeu longus. 252. XVII. Neruus ſaphenus. 266. 266. XVIII. Neruus cutaneus internus. 363. 364.

Praeter hos enarratos principales ramos alii arteriam cruralem, muſculum gracilem aliaſque partes adeunt; ſed cum vel illorum ramorum propagines vel minores, exigui et inconſtantes nerui cruralis ſurculi ſint, de his infra fuſius dicemus.

Verum enim vero cum et alios auctores audire operae pretium ſit, eorum obſeruationes, de generali huius nerui diſtributione factas, ad promiſſa ſtrenue perſoluenda, cum Lectoribus noſtris communicandi animus eſt. Celeberrimus Vfsalivs in praeclaro et admirando ſuo opere de Corporis Humani Fabrica, Baſil. 1543. in Fol. bene iam de nerui cruralis diſtributionibus expoſuit. Forte ingratum non eſt Lectoribus hunc reſtauratorem anatomiae ipſum loquentem audire. Verba eius haec ſunt: „Secundus cruris neruus peritonei poſteriori regioni ſubterſus, ſimul cum vena et arteria, per inguina femur petentibus, in crus porrigitur ac mox ab interno ipſius latere ramum deriuat, venae ad pedis vſque pollicem attenſum, quam ab inguine per internum femoris ſedem ac per genu articulum internamque tibiae regionem ſub cute ad ſumum vſque pedem protendi commemorauimus. — Grandior ſecundi huius nerui portio ſimul cum vena ac arteria, ipſum concomitantibus, reconditur et in muſculos, anteriorem femoris ſedem occupantes quoque digeritur: praecipue autem in quintum femur mouentium et in octauum tibiam mouentium, cum quo etiam ſecundum internum latus noni tibiam mouentium muſculi deorſum fertur et ſupra genu articulum non minus quam primus neruus ceſſat, in progreſſu membranulis vaſa colligantibus exiguas porrigens ſoboles." — Ex hoc, p. 549. vt et ex eius Tabula p. 554. facile colligi poteſt, eum neruum ſaphenum et cutaneum internum, qui apud hunc auctorem ex communi trunco proueniunt, pluresque neruos muſculares e. g. ſartorii, recti cruris, cruralis, vaſti externi et interni cognitum habuiſſe; neruum vero muſculi pectinei et neruos nonnullos cutaneos ignoraſſe, nec omnes ramos ad fines vltimos eſſe proſecutum. Celeberr. Vievssenivs ſequentem ramorum nerui cruralis ordinem obſeruauit et depingere iuſſit [f]. EX RAMO PRIMO. I. Neruus muſculi longiſſimi tibiae, ſeu gracilis antici, ſeu recti cruris. 86. 86. II. Neruus muſculi recti et vaſti interni communis. 87. EX RAMO SECVNDO. III. Neruus muſculi faſcialis, vel tenſoris faſciae latae. 89. IV. Neruus muſculi vaſti externi. 90. V. Neruus muſculi crurei. 91. VI. Neruus muſculi vaſti interni. 92. EX RAMO TERTIO. VII. Neruus communis

p) Vid. Eius Neurogr. Vniuerſ. Tab. XXVIII. n. 81. 83.

q) Vid. Eius Neurolog. Vniuerſ. Tab. XXVIII. n. 82.

r) Vid. Eius Inſtitut. Neurolog. p. 232. §. 196.

s) Vid. Eius Diſſertat. de Neru. Crur. et Obtur. p. 8.

t) Vid. Eius Kurzen Entwurf. p. 152.

u) Vid. Eius Neurolog. p. 160.

v) Eundem fere elegantem et ſubtilem plexum ſupra inferiorem muſculi iliaci partem ex neruo crurali per abdomen egreſſo, vt et plures ſubtiliſſimos ſupra latam faſciam expanſos, ſaepe obſeruauimus.

w) Vid. Eius Neurol. Vniuerſ. Tab. XXVIII.

x) Vid. Eius Inſtitut. l. c.

y) Vid. Eius Cerebr. et Neru. Anatom. l. c.

z) Vid. Eius Zergliederungskunſt. B. II. l. c.

a) Vid. Eius Traité. II. p. 736.

b) Vid. Eius Diſſertat. de Neruo Crural. et Obturat. l. c.

c) Vid. Eius Neurolog. l. c.

d) Vid. Eius Element. Phyſ. l. c.

e) In enarrandis hiſce ramis Tabulae noſtrae quartae Figuram primam ſecuti ſumus.

f) Vid. Eius Neurogr. Vniuerſal. Tab. XXVIII.

communis arteriae cruralis et cutis lateris interni femoris. 94. 95. VIII. Neruus cutaneus, qui ad poplitem vſque deſcendit. 96. Sine dubio ramus quidam noſtri cutanei interni. IX. Neruus muſculi longiſſimi tibiae, ſeu ſartorii. 98. X. Neruus cutaneus lateris interni. 99. Noſter cutaneus internus. EX RAMO QVARTO. XI. Duo neruuli ad muſculum vaſtum internum. 101. 102. XII. Neruus eiuſdem muſculi. 103. XIII. Neruus eiusdem muſculi. 106. XIV. Neruus eiuſdem muſculi et tricipitis muſculi communis. 107. 107. XV. Neruus cutaneus, qui ſuperiorem, anteriorem et inferiorem tibiae partem adit. 108. Pro noſtro ſapheno habendus eſt. XVI. Neruulus muſculi ſartorii 109.

Quod ad Evstachivm [g] attinet, ramos nerui noſtri ſic diſtributos depinxit: EX RAMO PRIMO, ſeu EXTERNO. I. Neruum muſculi ſartorii. Tab. XXI. II. Neruum pro inferiore parte muſculi iliaci interni. Tab. XIX. III. Neruum muſculi recti. Ibid. n. 8. IV. Duos neruos muſculi vaſti externi. Ibid. n. 8. V. Neruum muſculi cruralis. Ibid. n. 8. VI. Neruum muſculi vaſti interni. Ibid. n. 8. EX RAMO SECVNDO, ſeu INTERNO. VII. Neruum muſculi pectinei. Tab. XXI. M. VIII. Neruum cutaneum. Sine dubio noſtrum internum. Ibid. N. IX. Neruum cutaneum. Absque dubio noſtrum medium. Ibid. O. P. X. Tres neruos muſculi vaſti interni. Tab. XIX. n. 9. XI. Neruum cutaneum. Noſtrum ſaphenum. Ibid. n. 12. Leuiores apud hunc auctorem obuias ramorum diuerſitates ſicco, vt aiunt, pede, tranſimus.

Progredimur ad Berrettinvm [h], neurographum, plures huius nerui varietates egregie depingentem. Satis nobis erit, eorum tantum, quae in eius Tabula tertia et quarta occurrunt, mentionem feciſſe.

TABVLA TERTIA. EX RAMO EXTERNO. π. I. Neruus cutaneus. An noſter anterior? II. Nerui tres ad muſculum ſartorium. III. Nerui duo ad muſculum vaſtum externum. IV. Neruus muſculi recti cruris. EX RAMO INTERNO. ρ. V. Neruus muſculi recti cruris. VI. Neruus muſculi crurei. VII. Neruus muſculi vaſti interni. VIII. Neruus ſaphenus et cutaneus internus, ex vno trunco enati. XI. Duo nerui ad muſculum gracilem.

TABVLA QVARTA. PES DEXTER. RAMVS EXTERNVS. I. Neruus cutaneus. Num anterior noſter? II. Duo nerui muſculi tenſoris faſciae latae. III. Duo nerui muſculi ſartorii. IV. Neruus muſculi vaſti externi. V. Neruus muſculi recti cruris. RAMVS INTERNVS. 1. VI. Neruus communis pro muſculo recto et vaſto interno. VII. Duo nerui ad vaſtum internum. VIII. Neruus ſaphenus.

PES SINISTER. RAMVS EXTERNVS. 1. I. Solus neruus ſaphenus. RAMVS INTERNVS. B. II. Tres nerui cutanei. Rami ſunt noſtri interni. III. Neruus muſculi gracilis. IV. Tres nerui muſculi ſartorii. Reliqui iis in pede dextro reſpondent, igitur ſunt abſciſſi.

Apud Cel. Winslovivm [i] quidem nullus obſeruatur ramorum certus ordo; de noſtri tamen nerui diſtributione plura diſſeruit et ſequentes exortos ramos nominauit.

I. Plures neruos cutaneos. Noſter medius anterior et internus cvtaneus. II. Neruum muſculi ſartorii. III. Neruum muſculi recti. IV. Neruum muſculi vaſti externi. V. Neruum muſculi vaſti interni. VI. Neruum muſculi cruralis. VII Neruum muſculi tricipitis. VIII. Neruum muſculi gracilis. IX. Neruum muſculi ſemineruoſi. X. Neruum ſaphenum.

Quibus obſeruationibus Winslovii ex toto fere reſpondent illae Cel. Sabatier [k]. Excepto enim hoc, ipſum neruum quendam pro muſculo pectineo, de quo auctor ille tacet, nullum vero neruum ad muſculum ſemineruoſum, quem Winslovivs vidit, obſeruaſſe et originem nerui ſapheni, de qua ille in fine tractationis ſuae diſſeruit, paulo poſt nerui cruralis ex abdomine exgreſſum, vidiſſe, reliqua huius neurographi de diſtributione cruralis nerui decreta cum illius viri placitis conſentiunt.

Apud Cel. Martinvm [l] hunc ramorum ordinem obſeruatum inuenimus:

I. Neruum ad muſculum rectum femoris. II. Neruum ad vaſtum externum et cruralem. III. Neruum ad vaſtum internum. IV. Neruum ad eundem muſculum. V. Neruum ad ſartorium, vnde ramuli cutanei. VI. Neruum ad pectineum. VII. Neruum cutaneum ſuperiorem. Noſter internus eſt. VIII. Neruum cutaneum inferiorem. Noſter ſaphenus.

Cel. Styx [m] neruum noſtrum ſic diſtributum vidit:

I. Neruus muſculi ſartorii breuis. II. Neruus eiuſdem muſculi longus. III. Neruus cutaneus medius. IV. Neruus cutaneus anterior. V. Neruus cutaneus internus. VI. Neruus muſculi pectinei. VII. Neruus muſculi recti. VIII. Neruus breuis muſculi cruralis. IX. Neruus breuis muſculi vaſti externi. X. Neruus longus eiuſdem muſculi. XI. Neruus longus muſculi cruralis. XII. Neruus breuis muſculi vaſti interni. XIII. Neruus eiuſdem muſculi longus. XIV. Neruus ſaphenus.

Tandem Cel. Coopmans [n] de diſtributione ramorum eſt audiendus, qui omnino inter reliquos noſtri nerui ſcriptores diligenter et accurate eos deſcripſit.

EX RAMO EIVS EXTERIORE prouenit I. Neruus ad inferiorem partem muſculi iliaci. II. Nervus muſculi recti. III. Neruus vaſti interni et externi. IV. Neruus muſculi cruralis. EX RAMO INTERIORE. V. Neruus muſculi pectinei. VI. Neruus tenſoris faſciae latae. VII. Neruus cutaneus.

B 2 Noſter

g) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. XIX. et XXI.

h) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. III. et IV.

i) Vid. Eius Expoſ. Anatom. Tom. III. p. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314.

k) Vid. Eius Traité d'Anat. Tom. III. p. 314.

l) Vid. Eius Inſtitut. Neurolog. Tab. IX. Sciagraph. Diſtr. Neruor.

m) Vid. Eius Diſſertat. de Neru. Crur. et Obturator. p. 8.

n) Vid. Eius Neurolog. §. 222. pag. 160.

Noster internus. VIII. Neruus musculi vasti interni. IX. Neruus musculi recti. X. Neruus musculi gracilis. XI. Neruus musculi cruralis. XII. Neruus musculi sartorii. XIII. Neruus musculi semitendinosi. XIV. Neruus saphenus.

Reliquos neurographos, qui breuitatis causa in distributionem ramorum diligenter et accurate satis inquirere haud potuerunt, transimus, non ignorantes, perpauca, quae proferant, facile et commode, si lubet, ab vnoquoque posse repeti. Progredimur potius ad specialiorem horum ramorum descriptionem. Quorum primus est considerandus:

I. NERVVS MVSCVLI PECTINEI, seu LIVIDI. Depictum eum dedimus in Tab. II. III. Fig. I. accuratius vero Tab. IV. Fig. I. n. 109. Primum apud nos inter reliquos ramos locum occupat. Apud EVSTACHIVM [o] septimus est ramus; apud MARTINVM [p] et STYX [q] sextum, apud COOPMANS [r] quintum constituit. Etiam SABATIER [s] huius mentionem fecit atque cum eo HAASIVS [t] et GVENTHERVS. [u] Oritur ab interno latere ex communi trunco 108. trium neruorum pro musculo sartorio 113. 119. 195. nerui cutanei medii 124. neruorum quatuor pro musculo vasto externo 139. 146. 153. 165. et nerui denique breuis, seu superioris pro musculo crurali 173. quem musculo - cutaneum diximus, et ex anteriore nerui cruralis parte prodeuntem delineauimus. Apud EVSTACHIVM [v] ex ramo principali secundo nerui cruralis originem trahit suam. STYX [w] ex trunco communi cum neruo cutaneo interno exortum eum depinxit. Descendit post vasa cruralia supra inferiorem musculi psoae partem ad musculum suum. Antequam vero hunc attigerit, in duos ramulos, internum 110. scilicet et externum 111. diuiditur, qui statim huius musculi carnem adeunt et partim in ea finiuntur, partim vero cum surculis rami cuiusdam nerui obturatorii, qui eundem musculum adit, coniunguntur.

II. NERVVS MVSCVLI SARTORII SVPERIOR, seu BREVIS. Vid. Tab. II. et Tab. IV. accuratius vero Tab. III. Fig. I. 113. repraesentatur. Noster secundus ramus est. Sine dubio apud EVSTACHIVM [x] primus est. Et STYX [y] primo loco eum posuit. Apud BERRETTINVM [z] rami principalis externi secundus est. Sic quoque WINSLOVIVS [a] secundo loco huius mentionem fecit, cui auctori assentit SABATIER [b]. Apud MARTINVM [c] quintum locum occupat, nisi neruum eiusdem musculi longum, vel inferiorem intelligat. Caeterum iam VESALIO [d] notus fuit et recentiores fere omnes, nisi hunc in specie, verum tamen vero neruos musculi sartorii generatim commemorant. Apud nos ex communi trunco musculo-cutaneo 108. de quo paulo ante sermo fuit, exit. Apud VIEVSSENIVM [e] ex ramo principali primo, vt et apud EVSTACHIVM [f] ex primo vel externo oritur. Cel. STYX [g] cum longo neruo eiusdem musculi et cutaneo medio e trunculo communi, in aliis vero cadaueribus ex ipso nerui cruralis trunco exortum eum obseruauit. Sub ligamento vero POVPARTII descendit et versus internum musculi sartorii marginem decurrit et haud procul a spina ossis ilei superiore anteriore tribus ramulis huius musculi carnem adit. Primus ramulus 114. de nouo in duos surculus 115. 116. secedit et inferior est. Secundus eius ramulus 117. simplex et medius. Tertius 118. quoque simplex, at superior est.

III. NERVVS MVSCVLI SARTORII MEDIVS in iisdem nostris Tabulis et Figuris 119. depictus occurrit. Nonnisi apud VIEVSSENIVM [h] et BERRETTINVM [i] inuenitur; reliqui de hoc altum silentium obseruant auctores. Originem suam trahit ex illo communi trunco 108. prope neruum eiusdem musculi superiorem vel breuem. Ramus noster tertius est. BERRETTINI [k] vero tabula eum secundo loco, ex ramo praecipuo externo ortum, repraesentat. Descendit sub ligamento POVPARTII et versus mediam sartorii partem tendit. Diuiditur in duos ramulos; vnum superiorem 120. qui de nouo in duos surculos 121. 122. abit, et alterum inferiorem 123. duos surculos spargentem. Cum quatuor his surculis internum huius musculi marginem adit et in carne eius finitur.

IV. NERVVS CVTANEVS MEDIVS Tab. II. III. IV. Fig. I. n. 124. quartus noster ramus est. Cel. EVSTACHIO [l] et WINSLOVIO [m], nisi egregie fallimur, iam huius nerui innotuit origo atque distributio. Etiam apud plures auctores nerui cutanei occurrunt; cum vero haud satis accurate eos descripserint, dictu difficile est, apud quemnam noster inueniendus sit neruus cutaneus medius. Icones BERRETTINI [n] hinc inde eum repraesentant; nusquam vero cum cura et industria. HALLERVS [o] cutaneos quidem neruos quinque nominat, abstinuit vero ab vlteriore eorum descriptione. Cel. STYX [p] fere vnus est, qui singulari sagacitate et studio in hos inquisiuit et de eorum ortu et expansione accuratam tradidit descriptionem. Sic noster cutaneus medius distincte apparet ex Tabula eius n. 18. Ramum cruralis nerui secundum vocat et ortum suum a trunco communi neruorum pro musculo sartorio trahere demonstrat. Etiam apud nos ex communi trunco, saepius iam vocato, 108. egreditur; igitur inter originem nostri et illius fere nullum interest discrimen.

Insignis neruus est et nonnullos haud exiguos spargit ramos. Haud procul ab origine fasciam latam perforat (omnes enim neruos cutaneos vaginam femoris transire inter omnes neurologos constat,) et prope internum marginem musculi recti cruris emergit ita, vt in media fere parte femoris distribuatur. Qua de causa a STYX [q] cutaneus medius vocatus est; quo nomine etiam

o) Vid. Eius Tab. Anat. Tab. XXI. lit. M.
p) Vid. Eius Instit. Neurolog. l. c.
q) Vid. Eius Differtat. de Neru. Crur. et Obturat. p. 14.
r) Vid. Eius Neurolog. l. c.
s) Vid. Eius Traité l. c.
t) Vid. Eius Cerebr. et Neru. Anatom. l. c.
u) Vid. Eius Kurzen Entwurf. l. c.
v) Vid. Eius Tab. Anat. l. c.
w) Vid. Eius Differt. de Neruo Crur. et Obtur. l. c.
x) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. XXI.
y) Vid. Eius Differtat. de Neru. Crur. et Obtur. p. 9.
z) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. III.
a) Vid. Eius Expof. Anatom. l. c.
b) Vid. Eius Traité. l. c.
c) Vid. Eius Institut. Neurolog. l. c.
d) Vid. Eius Fabric. Corp. Hum. p. 549.
e) Vid. Eius Neurolog. Vniuersal. l. c.
f) Vid. Eius Tab. Anat. l. c.
g) Vid. Eius Differtat. de Neru. Crur. et Obturat. l. c.
h) Vid. Eius Neurolog. Vniuers. Tab. XXVIII.
i) Vid. Eius Tabul. Anatom. Tab. III. IV.
k) Vid. Eius Tab. Anat. Tab. III.
l) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. XXI. n. 9.
m) Vid. Eius Expof. Anatom. l. c.
n) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. III. IV. V. VI.
o) Vid. Eius Element. Physiol. Tom. IV. Lib. 10. Sect. 6. p. 250.
p) Vid. Eius Differtat. de Neruo Crur. et Obturat. p. 11.
q) Vid. Eius Differtat. de Neruo Crur. et Obturat. p. 26.

etiam nos propter ſitus rationem et rei commoditatem ſumus vſi. In noſtra icone Tab. II. Fig. 1. 124. vſque ad regionem muſculi ſartorii, a faſcia lata denudatus, repraeſentatur. Primus eius ramulus 125. paruus eſt et breuis et ſtatim in adipe conſumitur. Secundus ramulus 126. in duos ſurculos abit, quorum vnus 127. in cute, externum latus muſculi recti cruris tegente, terminatur, alter vero 128. qui interiore loco eſt, in contextu celluloſo faſciae latae euaneſcit. Tertius ramulus 129. primo et ſecundo longior eſt et verſus mediam muſculi recti partem deſcendit, vbi in duos ſurculos ſecedit 130. 131. quorum vnus 130. externus eſt et in adipe finitur; alter vero 131. interiorem locum occupat et duobus filamentis 132. 133. verſus cutim migrat. Quartus 137. eius ramulus anaſtomoticus et ſimplex, coniungit hunc cum neruo cutaneo anteriore. Cel. Styx [r] duos anaſtomoticos obſeruauit paulo poſt eius per faſciam latam tranſitum. Ipſe vero neruus noſter, ſenſim ſenſimque imminutus, nunc longum per femoris mediam partem iter facit et ad genu fere profectus, cuti, hanc regionem tegenti, duos largitur ſurculos 135. 136. Qua ratione cum praeterea multa filamenta, minoris vero momenti, faſciae latae, pinguedini et cuti porrexerit, tandem finitur. Quodſi nunc noſtram cum Cel. Styx [s] huius nerui deſcriptione comparare iuuat, aliquam inter noſtram illamque deſcriptionem diſcrepantiam Lectores obſeruabunt, haud vero inexplicabilem. Cum enim auctor ille duos tantum ramulos numeret, nos vero quatuor, ſingularem numerandi methodum ſecutus ille eſt; et quum praeterea diuerſa diſtributio ramorum huius nerui omnino locum habere poſſit, non eſt, quod mireris hanc differentiam.

V. NERVVS MVSCVLI VASTI EXTERNI SVPERIOR, ſeu BREVIS, vel PRIMVS. Vid. Tab. IV. Fig. 1. n. 139. Quintus noſter nerui cruralis ramus eſt, et ad accuratiorem reliquorum ramorum intuitum paululum exteriora verſus reclinatus. Statim primum edit ſimplicem et breuem ramulum 140. qui carnem huius muſculi ab interiore parte adit; internus igitur eſt. Secundus ramulus externe prouenit 141. et in duos ſurculos 141. 142. diuiditur. Tertius ramulus 143. externus quoque eſt et inter fibras huius muſculi longum facit iter. Quartus 144. ramulus exteriora verſus tendit et ſtatim hic loci abſumitur. Quintus ramulus 145. interiorem huius carnis partem occupat et vltimus noſtri nerui finis eſt.

VI. NERVVS EIVSDEM MVSCVLI SECVNDVS ſeu MEDIVS, in eadem Tab. et Fig. n. 146. viſui ſeſe praebet, et ſextum nerui cruralis ramum conſtituit. Antecedente breuior eſt et iuxta eum, ſed paulo inferiore loco, exoritur. Spargit internum et primum ramulum, qui duobus ſurculis in carne finitur 147. 148. Deinde progreditur et ſecundum ramum exteriora verſus ſimplicem mittit 150. Paulo poſt prouenit tertius 151. eius ramus, qui externus quoque eſt. Tandem neruus ipſe, tenuior factus, in carne huius muſculi 152. abſumitur.

VII. NERVVS EIVSDEM MVSCVLI TERTIVS, vel INFERIOR in eadem Tab. et Fig. n. 153. cerni licet. Ramus ſeptimus cruralis eſt, duobus antecedentibus longior, et paulo inferius exortus cum ſocia huius muſculi arteria carnem adit. Primus eius ramulus 154. exiguus eſt et ſtatim muſculum intrat. Secundus ramulus interiora verſus tendit 162. et facto itinere longo, in duos ſurculos 163. 164. ſecedit, ſcilicet in externum et internum, qui in carne diſtribuuntur. Tertius ramulus quoque internus eſt 159. et diuiſus in duos ſurculos, internum ſcilicet 160. et externum 161. Ramulus quartus quoque ab interna parte prouenit 157. breuis eſt et ſtatim in carne euaneſcit. Tandem imminutus noſter neruus ad mediam et quod excurrit, huius muſculi partem profectus, in eius carne finitur, 158.

VIII. NERVVS EIVSDEM MVSCVLI QVARTVS, ſeu LONGVS. Vid. eandem Tab. et Fig. n. 165. Octavus cruralis ramus eſt et omnium longiſſimus. Oritur iuxta antecedentem et in latere huius muſculi interno longe deſcendit antequam ramulos porrigat ſuos. Sed ad inferiorem vaſti externi partem profectus, primum 166. ſpargit ramulum externum, qui duobus ſurculis, altero externo 167. altero interno 168. carnem adit. Secundus ramulus 169. inter hunc et muſculum cruralem ſerpit et tandem in poſteriore parte vaſti externi euaneſcit. Tertius ramulus externe oritur 171. et ſtatim in carne abſumitur. Truncus denique huius nerui 172. tenuior factus, haud procul a patella, ideoque in infima huius muſculi regione terminatur. Qua de ratione muſculus vaſtus externus in ſuperiore, media et inferiore parte multis variiſque gaudet neruis, haud omnino exiguis.

Perſpectis hiſce quatuor neruis quaedam de eorum ortu, numero, diſtributione et varietate, vt aiunt, in medium ſunt proferenda. Origines ſuas omnes quatuor illi apud nos ex communi trunco 138. trahunt, qui vero eam ob cauſam pro vero trunco haberi nequit, quoniam quatuor hi nerui, e quibus compoſitus eſt, laxa tantum tela celluloſa inter ſe coniunguntur, ideoque facile et commode cultri ope ſeparari, et ad veram originem, ex neruo crurali ipſo tractam, reduci poſſunt. Saepius quoque accidit, vt vnus cum altero arctius cohaereat et quaſi communem truncum formet; propterea apud nos vnitus eſt neruus tertius cum quarto 153. 165. Exinde fit, vt pauciores huius muſculi numerentur nerui. Abſtinuimus vero ab hac numerandi ratione ea de cauſa, quod non ſemel quatuor noſtros neruos ſingulos ex neruo crurali exortos obſeruauimus. Truncum vero eorum communem eum tantum in finem depictum dedimus, vt reliquis nerui crurali ramis ſatis ſpatii eſſet. Niſi hoc propter ſpatii anguſtiam nobis fuiſſet faciendum, ſingulae horum neruorum origines, ex crurali neruo tractae, in icone noſtra eſſent conſpicuae.

Caeterum iam Vesalio [t] noti fuerunt plures nerui muſculi vaſti externi; dictu vero difficile, quinam, cum accuratam eorum deſcriptionem neglexerit. Apud Vievssenivm [u] vnus tantum occurrit huius muſculi neruus, in plures vero ramos diuiſus, et ex ramo primo nerui cruralis ortus. Duos quoque ex ramo primo, aliter tamen diſtributos, deſcripſit et delineauit Evstachivs [v]. Apud Berrettinvm [w] duo ex ramo externo orti, inueniuntur. Alius deinde [x] in pede dextro ex ramo externo ortus, deprehenditur. Tres porro conſpiciuntur; an vero ſeparati ſint, diſtincte non apparet, quia muſculo recto et ſartorio tecti ſunt. Porro duo [z] adſunt, et denique [a] tantum vnus. Cel. Winslovivs [b], Sabatier [c] et

Martinvs [d])

r) Vid. Eius Diff. l. c. et Iconem eius n. 42. 43.

s) Vid. Eius Differt. l. c.

t) Vid. Eius Fabric. Corp. Hum. p. 594.

u) Vid. Eius Neurogr. Vniuerſal. Tab. XXVIII. n. 90.

v) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. XIX. N. 2. n. 8.

w) Vid. Eius Tabul. Anatom. Tab. III. Fig. 1.

x) Vid. Eius Tab. IV. Fig. 1.

y) Vide Eius Tabul. VI. Fig. 1.

z) Vid. Eius Tab. VII. et Tab. VIII. Fig. 1.

a) Vid. Eius Tab. XII. Fig. 1.

b) Vid. Eius Expoſ. Anatom. l. c.

c) Vid. Eius Traité des Nerfs. l. c.

Martinvs [d)] vnius tantum mentionem faciunt. Apud Cel. Styx [e)] duo descripti et delineati occurrunt. Vnum breuem, qui a nostro primo, vel breui 139. non admodum abhorret, alterum longum vocat quique nostro tertio 153. vel inferiori respondet. Cel. A. Monrovs [f)], Hallervs [g)], Haasivs [h)], Cheseldenivs [i)], Gventhervs [*)] vel vnum, vel plures obseruarunt; ab accurata vero et exacta descriptione breuitatis causa abstinuerunt. Tandem Cel. Coopmans [k)] neruum musculi vasti externi, ex communi trunco cum neruo musculi vasti interni ortum commemorat.

IX. NERVVS MVSCVLI CRVRALIS, seu CRVREI SVPERIOR, seu BREVIS Tabul. IV. Fig. 1. n. 173. repraesentatur et ramus nonus nerui cruralis est. Oritur apud nos ex communi trunco 138. quatuor illorum neruorum vasti musculi externi. Apud Cel. Styx [l)] eadem fere ratione originem trahit suam, sed eius descensus et distributio a progressu et ramificatione nostri nerui paululum differt. Sic quidem, dum oritur, a musculo recto tegitur; nos vero ab arteria circumflexa externa, quam illius auctoris testimonio comitem habet, remotum obseruauimus. Descendit potius supra inferiorem musculi iliaci et psoae partem et superiorem musculi crurei regionem adit. Superiorem igitur vocauimus et cum non admodum longus sit, a Styx [m)] et a nobis nomen nerui breuis accepit. Antequam vero ad suum musculum feratur, nonnullos spargit ramulos. Quorum primus 175. exteriore loco positus est, et in duos surculos, externum 176. scilicet et internum 177. abit, qui in suprema huius musculi parte absumuntur. Ramulus secundus quoque externus est, sed paulo inferiore loco nascitur. Spargit superiorem 178. et inferiorem 179. surculum, qui statim musculum intrant. Tandem nerui huius ipse tenuis truncus versus latus huius musculi internum carnem adit et hac ratione finitur. Quod reliquum est, auctorum de neruis musculi crurei obseruationes tunc cum Lectoribus communicaturi sumus, quando infra de inferiore, vel longo huius musculi neruo agitur. Progredimur potius ad alius rami descriptionem.

X. NERVVS MVSCVLI RECTI CRVRIS. Ex Tab. III. Fig. 1. n. 181. ortus eius accurate apparet, in Tab. vero IV. Fig. 1. n. 181. e situ naturali paululum dimotus, reclinatus et abscissus repraesentatur. Ramus nerui cruralis decimus est et Vesalio [n)] iam notus. Evstachivs [o)] de hoc neruo musculari duos breues ramulos, ex ramo primo, seu externo nerui cruralis enatos, delineauit, qui communem efficiunt trunculum cum neruo musculi crurei, vasti interni et externi. Duo quoque apud Vievssenivm [p)] inueniuntur ex ramo cruralis nerui primo, seu exteriore prodeuntes. Vnus simplex est [q)], alter cum neruo musculi vasti interni communem format trunculum [r)]. Varietates quasdam, nerui huius ortum et decursum spectantes, Berrettinvs [s)] sistit. Vnus neruus exoritur e sapheno duosque ramulos musculo suo porrigit [t)]; alius vero muscularis ramus separatus vna cum ramo, ad musculum vastum internum abeunte, prouenit, et ad latus externum musculi recti superne terminatur. Alium neruum [u)] in pede dextro delineauit ex ramo nerui cruralis externo enatum. Alius [v)] eiusdem pedis ex ramo interno porouenit et cum neruo musculi vasti interni communem format neruum. Denique duos [w)] adhuc alios neruos depinxit. Porro Celeberrimi viri Winslovivs [x)], Sabatier [y)], Haasivs [z)], Gventhervs [a)] et alii huius aliquam iniecerunt mentionem. Apud Martinvm [b)] vnus tantum inuenitur, qui primus nerui cruralis ramus est. Cel. Styx [c)] exactam eius nobis descriptionem dedit. Denique Cel. Coopmans [d)] duos obseruauit. Vnus ex ramo exteriore oritur et numero secundus est, alter ex ramo interiore prouenit et ramorum nerui cruralis nonus est. Apud nos ex neruo crurali ipso et quidem ex eius latere externo originem trahit suam. Insignis neruus est et ad internam musculi recti cruris latus cum socio arteriae cruralis ramo, cui interuentu laxioris telae cellulosae adhaeret, progreditur et diuiditur in duos ramos. Primus 182. eius exteriora versus emittitur et bifurcatus est. Superior eius ramulus 184. statim huius musculi carnem adit, inferior autem 185. inter fibras musculosas longe lateque diuagatur, donec euanescat. Secundus 183. ramus internus est et externo crassior longiorque. Cum arteriola ad musculum rectum descendente versus posteriorem et internam huius musculi partem proficiscitur et in hac via nonnullos spargit ramulos. Primus eius ramulus exiguus et breuis est 186. Secundus ramulus 187. longior crassiorque in duos abit surculos, in externum 189. et internum 190. quibuscum in carne finitur. Tertius ramulus 191. quoad crassitiem, longitudinem et vltimum terminum secundo haud dissimilis est. Quartus ramulus 193. antecedente breuior tenuiorque est et mox in carne absumitur. Tandem ramus internus, ad mediam musculi partem profectus, euanescit, et hac ratione finitur. Celeb. Styx [e)] nerui pro musculo recto sex numerauit ramos; contra vero duos ramos et sex eorum ramulos nos descripsimus. Qua diuersa distributionis et calculi ratione factum est, vt nostra descriptio haud parum ab illa, vt vel leuis comparatio instituta docet, differret.

XI. NERVVS MVSCVLI SARTORII LONGVS, seu INFERIOR vndecimus nerui cruralis ramus est, quem Tabula quidem IV. accuratius vero Tab. III. Fig. 1. 200. depictum dedimus. Apud Vesalivm [f)] neruus huius musculi, ex grandiori secunda nerui cruralis parte exortus, occurrit; an vero noster longus sit, certo statuere non licet. Etiam Evstachivs [g)] cuiusdam, ex ramo nerui cruralis primo, vel externo primo loco enati, mentionem facit; ex eius vero icone non distincte satis apparet, vtrum noster, an alius sit. Cel. Vievssenivs [h)] duos huius musculi neruos depinxit, quorum primus ex ramo tertio nerui cruralis prouenit, secundus vero ex ramo quarto exoritur et nerui sapheni ramulus est atque pro nostro haud dubie habendus. Berrettinvs [i)] musculum sartorium reclinatum delineauit, vt neruus eius eo accuratius distinctiusque in adspectum veniret. Tres

d) Vid. Eius Institut. Neurol. l. c.
e) Vid. Eius Differtat. de Neru. Crur. et Obtur. p. 16.
f) Vid. Eius Tractat. de Neru. l. c.
g) Vid. Eius Element. Physiol. l. c.
h) Vid. Eius Anatom. Cereb. et Neruor. l. c.
i) Vid. Eius Anatomie des Menschl. Körp. l. c.
*) Vid. Eius Kurzen Entwurf. l. c.
k) Vid. Eius Neurolog. l. c.
l) Vid. Eius Differtat. de Neru. Crural. et Obturat. p. 15.
m) Vid. l. c.
n) Vid. Eius Fabr. Corp. Hum. l. c.
o) Vid. Eius Tabul. Anat. Tab. XIX. N. 2. 8.
p) Vid. Eius Neurogr. Vniuers. Tab. XXVIII. n. 86. 87.
q) Vid. l. c. n. 86. 86.
r) Vid. l. c. n. 87.
s) Vid. Eius Tab. Anat.
t) Vid. l. c. Tab. III. Fig. 1.
u) Vid. l. c. Tab. IV. Fig. 1.
v) Vid. l. c. Tab. IV. Fig. 1.
w) Vid. l. c. Tab. XII. Fig. 1.
x) Vid. Eius Expos. Anat. l. c.
y) Vid. Eius Traité. l. c.
z) Vid. Eius Cerebr. et Neru. Anat. l. c.
a) Vid. Eius Kurzen Entwurf. l. c.
b) Vid. Eius Institut. Neurol. l. c. Tab. IX. Sciagr. d. n.
c) Vid. Eius Differt. de Neru. Crural. et Obturat. p. 15.
d) Vid. Eius Neurolog. l. c.
e) Vid. Eius Differtat. de Neru. Crural. et Obtur. l. c.
f) Vid. Eius Fabr. Corp. Hum. l. c.
g) Vid. Eius Tabul. Anat. Tab. XXI. N. 2.
h) Vid. Eius Neurogr. Vniuers. Tab. XXVIII. n. 98. et 109.
i) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. III. Fig. 1.

Tres ramos ſpargit, quorum primus in tres, ſecundus vero in duos ſecedit ramulos. Veriſimile eſt, hos muſculi ſartorii nervos, tres noſtros, iam deſcriptos, repraeſentare. Verum enim vero diuerſa lege et ordine vel vnum, vel plures neruos diſtributos in aliis Tabulis obſeruabis. Sic [k] rami tres, a crurali neruo vna cum ramis cutaneis exeunt et ſimplices muſculum ſuum intrant. Deinde [l] vnus tantum ramus conſpicitur tribus ramulis ad muſculum tendens. Denique [m] duo rami depicti inueniuntur, quorum ſuperior tres laterales ramulos emittit, et ſic porro. Apud Cel. Winslovivm [n] et Sabatier [o] nervus muſculi ſartorii occurrit; quinam vero ſit, ex eius deſcriptione breuiſſima non diſtincte ſatis elucet. Cel. Martini [p] nervus ſartorius noſtro ſimilis eſt, niſi longus noſter ipſe ſit; hac vero in re a noſtro differt, vt ramulos cutaneos ſpargat, hunc muſculum perforantes, et verſus internam et anteriorem femoris partem cutaneam proficiſcentes. Cel. Styx [q] noſtrum accurate et exacte deſcripſit et icone expreſſit. Quinque eius laterales ramulos numerat, et cum Evstachio [r], Martino [s] aliiſque obſeruauit, varios nonnunquam huius nerui ramulos muſculum ſartorium perforare et cutaneos euadere. Sic in infante duos ramos nerui ſartorii vidit, quorum ſuperior tres praebebat ſurculos, inferior vero muſculum perforabat et ad cutem proficiſcebatur. Tali modo in puellae hydrocephalicae cadauere duos ramos inuenit, prope genu in cute terminatos; cum quibus obſeruationibus et noſtrae, ſaepius repetitae, conſentiunt. Quod reliquum eſt, Cel. Coopmans [t] neruum ſartorium, ex ramo interiore nerui cruralis exortum deſcripſit. Incertum tamen eſt, an longus noſter ſit. Denique Celebb. Viri Hallervs [u], Haasivs [v], Gventhervs [w], Cheselden [x] et alii in tranſitu quaſi de muſculi ſartorii neruo pauca diſſeruerunt. Originem vero nervus noſter ſartorii longus, ſeu inferior, triplicem trahit. Vid. Tab. III. Fig. 1. n. 200. Prima eius radix 195. ex communi illo trunco 108. ſaepius allato, oritur. Secunda 196. radix e trunco nerui cruralis ipſius, prope neruum muſculi recti cruris provenit et antecedente craſſior eſt. Ambo inter ſe coaleſcunt et ganglion quaſi formant, e quo de nouo duo rami proueniunt, vnus externus 197. et alter internus 198. Antequam internus hic cum externo de nouo ad formandum noſtrum neruum vniatur, recipit radicem huius nerui tertiam, 199. ex neruo cutaneo anteriore prouenientem. Quo recepto, auctus nunc cum illo ramo externo 197. coniungitur, et ambo iam inter ſe vniti, neruum ſartorii longum conſtituunt. Haud procul ab origine ſua verſus interiorem ſui muſculi partem dirigitur et e longitudine ad inferiorem vſque eius partem deſcendit. Ad mediam et vltra ſui muſculi partem profectus, ramulos ſpargere incipit. In icone noſtra ex ſua ſede totum neruum paululum remotum eum in finem depictum dedimus, vt ramuli eius diſtinctius viſui ſeſe praeberent. Primus 200. a. eius ramulus, vt reliqui omnes, exteriore loco poſitus, breuis et ſimplex eſt, atque mox in carne finitur. Secundus 200. b. longior, craſſiorque in duos ſurculos, carnem petentes, diuiditur. Tertius 200. c. ſimplex eſt, vti et quartus 200. d. et ambo ſtatim in carne abſumuntur. Tandem truncus ipſe 200. e. admodum imminutus in carne ceſſat et hac ratione finitur.

XII. NERVVS CVTANEVS ANTERIOR. Huius originem Tab. II. III. IV. Fig. 1. n. 204. diſtributionem vero Tab. II. Fig. 1. n. 204. monſtrat. Duodecimus nerui cruralis ramus eſt. Plures de neruis cutaneis auctores diſputant; quum vero eorum diſputatio plerumque admodum breuis ſit, et praeterea a certa illorum denominatione abſtineant, factum eſt, vt aut parum, aut nihil certi de ſingulis eorum poſſit definiri. Neruus, quem Vievssenivs [y] ex ramo nerui cruralis tertio ortum depinxit et nomine communis arteriae cruralis et cutis lateris interni femoris inſigniuit, cum noſtro conuenire videtur, etſi hunc pro alio neruo, noſtro ſcilicet cutaneo interno haberi poſſe, negandum non ſit. Eadem fere ratio cum iis eſt, qui apud Berrettinvm [z] depicti et ſub nomine cutaneorum deſcripti inueniuntur. Forſan vero is, quem ex ramo externo nerui cruralis ortum delineauit et primo loco deſcripſit [a], noſter anterior eſt. Cel. Styx [b] quem ſaepius iam laudauimus, etiam in deſcriptione huius nerui omnem laudem meretur. Exoritur apud hunc auctorem ex communi trunco nerui muſculi liuidi atque cutanei interni et fere vſque ad tertiam partem longitudinis femoris decurrit. Simul monet, haud raro eum vſque ad patellam tendere, vti Tabulae noſtrae ſecundae Figura prima docet, ibique varios ſuppeditare ramulos. Apud nos ex duobus oritur radicibus. Radicem primam 203. ex neruo crurali ipſo, iuxta ſecundam radicem nerui ſartorii longi, vel inferioris trahit; ſecunda 202. ex communi nerui arteriae cruralis et muſculi tricipitis trunco, prouenit. Dato ramulo anaſtomotico ad neruum ſartorii longum, quem paulo ante radicem huius nerui tertiam 199. vocauimus, confluunt duae radices et noſtrum formant neruum. Quo facto ad regionem vſque muſculi ſartorii ſub faſcia lata deſcendit, deinde vero vaginam femoris hic loci penetrat et foras egreditur ſic, vt haud procul ab externo latere muſculi vaſti interni per longitudinem femoris vſque ad genu deſcendat. Ab externa parte neruum cutaneum medium; ab interna vero inguinalem et cutaneum internum ſocium habet. Haud exiguus neruus eſt, qui varios emittit ramulos, externos et internos. Paulo poſt eius per latam faſciam tranſitum cum duobus neruis vicinis coniungitur. Ab exteriore enim parte neruus cutaneus medius ramulum anaſtomoticum 137. et ab interno latere neruus inguinalis 406. ſimilem ramulum ad eum augendum porrigit. Eandem fere coniunctionem noſtri nerui cum cutaneo medio iam Cel. Styx obſeruaſſe [c], non absque miratione vidimus. Antequam vero cum neruo inguinali anaſtomoſin ineat, ramulum primum 205. emittit, qui verſus internum muſculi recti latus procedit et duobus filamentis in adipe ceſſat. Secundus ramulus 207. duobus ſurculis in cute prope inferiorem muſculi recti partem terminatur. Tertius ramulus 208. duobus ſurculis, vno externo 209. altero interno 210. prope regionem tendinis muſculi recti in adipe conſumitur. Ramulus quartus 212. verſus internum muſculi vaſti interni latus decurrit et in hac regione cutim adit. Quintus ramulus 214. ſocia arteriola aliqua cutanea, verſus ſuperiorem patellae partem deſcendit, tres ſpargens ſurculos, quorum ſuperior cuti, hanc regionem obtegenti, inſeritur 215. Medius ſurculus 216. ſerpentino ductu ad ſuperiorem patellae partem proficiſcitur et in tela celluloſa, hanc et infimam recti muſculi tendinis partem tegente, multis fibrillis finitur. Inferior ſurculus 217. anaſtomoticus et breuis eſt, cuius ope cum neruo cutaneo ipſo coniungitur. Neruus denique cutaneus ipſe 218. ſerpentino progreſſu, vt ne ſcilicet in flexione genu ſupra modum extendi poſſit, ad mediam patellae partem procedit et duobus ſurculis 219. 220. in tela celluloſa finitur.

 XIII. NER-

k) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. IV. Fig. 1.
l) Vid. Eius Tabul. Anatom. Tab. X. Fig. 1.
m) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. XII. Fig. 1.
n) Vid. Eius Expoſ. Anatom. l. c.
o) Vid. Eius Traité. l. c.
p) Vid. Eius Inſtitut. Neurolog. l. c.
q) Vid. Eius Diſſertat. de Neru. Crur. et Obturator. p. 9. 10.
r) Vid. Eius Tabul. Anatom. l. c.
s) Vid. Eius Inſtitut. Neurolog. l. c.
t) Vid. Eius Neurolog. l. c.
u) Vid. Eius Element. Phyſ. l. c.
v) Vid. Eius Cerebr. et Neru. Anatom. l. c.
w) Vid. Eius Kurzen Entwurf. l. c.
x) Vid. Eius Anatomie des Menſchl. Körp. l. c.
y) Vid. Eius Neurogr. Vniuerſ. Tab. XXVIII. 95.
z) Vid. Eius Tabul. Anatom. Tab. III. IV. etc.
a) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. III. π.
b) Vid. Eius Diſſertat. de Neruo Crural. et Obturat. p. 12.
c) Vid. Eius Diſſert. de Neru. Crural. et Obturat. l. c. §. V. p. 12.

XIII. NERVVS MVSCVLI ADDVCTORIS BREVIS ALBINI, ſiue TRICIPITIS. Eius originem Tab. II. et III. accuratius vero Tab. IV. Fig. 1. 201. 203. 222. repraeſentat. Decimus tertius nerui cruralis ramus eſt et nonnullis tantum neurographis notus. Celebb. Viri VESALIVS d), EVSTACHIVS e), HALLERVS f), A. MONROVS g), MARTINVS h), STYX i), GVENTHERVS k), COOPMANS l), CHESELDEN m) aliique eum ignorarunt, ſaltim neque pro ſeparato et principali ramo nerui cruralis habuerunt, neque eum deſcripſerunt. Attamen apud VIEVSSENIVM n) occurrit, qui eum ex ramo nerui cruralis quarto ortum et cum neruo aliquo muſculi vaſti interni in communem truncum conflatum depinxit. WINSLOVII o) quoque attentioni et SABATIER p) ſagacitati fruſtra ſe ſubtrahere conatus eſt. Illius auctoris ſeptimus nerui cruralis ramus eſt. Tandem Cel. HAASIO q) quoque innotuit et ab hoc auctore in numerum ramorum nerui cruralis receptus eſt. Ex interno nerui cruralis latere, proxime ad arteriam cruralem, originem trahit ſuam, neque paruus huius nerui ramus eſt. In eius progreſſu ramulum ſpargit 202. exteriora verſus, ad augendum neruum cutaneum anteriorem, quem radicem huius nerui ſecundam diximus. Ab interno latere ſtatim alium 221. ramulum emittit, quem arteriae cruralis neruum vocamus. Breuis eſt, et ſtatim ad hoc vas arterioſum accedit atque aut tribus, aut quatuor ſurculis, vel in membrana eius adſcititia, vt VIEVSSENIVS obſeruauit, vel ex noſtra experientia in eius muſculari euaneſcit. Quo exhibito ramulo neruus noſter, quem hanc ob cauſam communem arteriae cruralis et muſculi tricipitis vocare licet, poſt arteriam ſaepius nominatam flectitur 222. et mox muſculum ſuum adit, nonnullis ramulis in eo diſtribuitur, et aliis cum ramo anteriore nerui obturatorii, qui ad eundem muſculum deſcendit, copulatur; quem vero deſcenſum, diſtributionem et anaſtomoſin (quum arteriam cruralem et muſculum pectineum, ſeu liuidum, ſub quo neruus noſter deliteſcit, propter alias cauſas ex ſua ſede dimotum depingere noluerimus,) in icone noſtra Lectores deſiderabunt. Caeterum negandum non eſt, muſculum adductorem breuem, cum propter ſitus rationem commodam facilius commodiusque a ramis nerui obturatorii ſuſtentari poſſit, haud raro ramis, ex neruo crurali ortis, carere; quam ob cauſam ramuli obturatorii nerui craſſiores et numeroſiores fiunt, quando vero vel vnus, vel plures adſunt nerui cruralis rami, illi tenuiores et pauciores euadunt. Eadem quoque ratio muſculi gracilis eſt, de qua vero infra demum plura dicemus.

XIV. NERVVS MVSCVLI CRVRALIS, ſiue CRVREI INFERIOR ſeu LONGVS. Vid. Tab. IV. Fig. 1. n. 223. Decimus quartus nerui cruralis ramus eſt. VESALIVS r), EVSTACHIVS s) et VIEVSSENIVS t) de vno tantum huius muſculi neruo diſputant; cum autem de breui ſeu ſuperiore, qui omnino exiguus neruus eſt, taceant, veriſimile eſt, hunc, auctorum iſtorum neruum, noſtrum eſſe longum, ſiue inferiorem. Apud BERRETTINVM u) ex ramo interno nerui cruralis vnus tantum neruus huius muſculi occurrit, qui ſimilis eſt illi Tab. XII. Fig. 1. depicto, et haud dubie pro noſtro longo habendus eſt. Eius vero Tab. VIII. Fig. 1. tres neruos, ad hunc muſculum abeuntes, ſiſtit, quorum tertius cum neruo vaſti externi muſculi ex communi trunculo exoritur. Quinam horum noſter ſit longus, propter iconis obſcuritatem et deſcriptionis leuitatem certo nos ſtatuere non audemus. WINSLOVIVS v) et cum eo SABATIER w) etiam vnius, ſed ſatis craſſi huius muſculi nerui mentionem faciunt; ex quo apparet, cum noſtro longo eum vnum eſſe eundemque. MARTINVS x) communem obſeruauit noſtri et muſculi vaſti externi neruum, qui praeter originis rationem a noſtro non admodum differt. STYX y) accuratam et exactam huius deſcriptionem dedit. Naſcitur apud hunc auctorem ex trunco communi nerui vaſti interni muſculi ac nerui ſapheni et oblique ſub neruo longo muſculi vaſti interni iter ſuum facit atque hinc tres ramulos ablegat. COOPMANS z) ex ramo nerui cruralis exteriore quendam neruum ad cruralem muſculum abeuntem obſeruauit, qui cum breui ſeu ſuperiore conſentire videtur; alium vero ex ramo interiore exortum vidit, qui a noſtro longo, ſeu inferiore non admodum abhorret. Caeterum HAASIVS a), GVENTHERVS b) et alii vel vnum, vel plures huius muſculi neruos eſſe non negant. Apud nos ex neruo crurali ipſo inter ſecundam radicem 196. nerui longi pro muſculo ſartorio et primam radicem 203. nerui cutanei anterioris originem trahit ſuam et neruum haud paruum conſtituit. Progreditur fere vltra dimidiam femoris partem prius, quam in ſuo muſculo terminetur, et caute praeparandus eſt, cum inter fibras muſculi cruralis et vaſti interni, maximopere inter ſe cohaerentes, dirigatur. Octo dimittit ramulos, quorum exteriores in muſculo crurali, interiores vero, ſeptimus nempe et octauus, in vaſto interno abſumuntur. Ramulus primus 224. paulo infra inſertionem nerui breuis, ſeu ſuperioris huius muſculi, carnem adit et duobus ſurculis, ſuperiore ſcilicet 225. et inferiore 226. in ea finitur. Quo exhibito, ramulum anaſtomoticum 246. ex neruo breui, ſeu ſuperiore muſculi vaſti interni enatum et Cel. STYX c) quoque notum, recipit. Auctus nunc ſecundum porrigit ramulum, 228. qui in ſuperiorem 229. et inferiorem 230. ſurculum diuiditur. Tertius ramulus 233. in duos quoque ſecedit ſurculos, quorum vnus ſuperior 234. eſt, alter vero inferior 235. Qui tres ramuli breuiter recenſiti, eadem fere ratione ab interno latere ſuum muſculum intrant et in carne interiore euaneſcunt. Ramulus quartus ſimplex eſt 237. ſic et quintus 239. et ſextus 240. qui tres omnes ſtatim carnem adeunt, et in inferiore huius muſculi parte diſtribuuntur. Ramulus ſeptimus 243. ad externum latus muſculi vaſti interni procedit et in eo finitur. Ramulus octauus 244. ad eundem vaſtum muſculum proficiſcitur, et in inferiore eius parte ceſſat. Tandem neruus noſter longus, ſeu inferior, nunc tenuior, factus, 242. in inferiore muſculi cruralis parte definit et hac ratione finitur.

XV. NERVVS MVSCVLI VASTI INTERNI SVPERIOR, ſeu BREVIS. Decimus quintus nerui cruralis ramus eſt et Tab. IV. Fig. 1. n. 245. repraeſentatur. De numero et diſtributione neruorum huius muſculi admodum inter ſe diſcrepant auctores et, cum praeterea ſingulos hos neruos nominibus propriis, quibus omnino merentur, inſignire neglexerint, nos aut parum, aut nihil certi de ſpeciali eorum denominatione, origine et diſtributione ſtatuere poſſe, vnicuique intellectu facile eſt.

Progredimur

d) Vid. Eius Fabric. Corp. Hum. l. c.
e) Vid. Eius Tab. Anat. l. c.
f) Vid. Eius Elem. Phyſ. l. c.
g) Vid. Eius Tractat. de Neru. l. c.
h) Vid. Eius Inſtitut. Neurolog. l. c.
i) Vid. Eius Diſſertat. de Neruo Crur. et Obturat. l. c.
k) Vid. Eius Kurzen Entwurf. l. c.
l) Vid. Eius Neurolog. l. c.
m) Vid. Eius Anatomie des Menſchl. Körp. l. c.
n) Vid. Eius Neurogr. Vniuerſ. Tab. XXVIII. n. 107.
o) Vid. Eius Expoſ. Anatom. l. c.
p) Vid. Eius Traité. l. c.
q) Vid. Eius Cerebr. et Neru. Anatom. p. 107.

r) Vid. Eius Fabr. Corp. Hum. l. c.
s) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. XIX. N. 2. n. 8.
t) Vid. Eius Neurogr. Vniuerſal. Tab. XXVIII. n. 91.
u) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. III.
v) Vid. Eius Expoſ. Anatom. l. c.
w) Vid. Eius Traité des Nerfs. l. c.
x) Vid. Eius Inſtit. Neurolog. l. c.
y) Vid. Eius Diſſertat. de Neru. Crur. et Obtur. p. 16.
z) Vid. Eius Neurolog. l. c.
a) Vid. Eius Cerebr. et Neruor. Anat. l. c.
b) Vide Eius Kurzen Entwurf. l. c.
c) Vid. Eius Diſſertat. de Neru. Crur. et Obturat. p. 17.

Progredimur potius ad descriptionem nostri nerui superioris, seu breuis et inferioris vel longi. Qua vero tractatione finita, eorum auctorum generaliorem mentionem facturi sumus, a quibus vel vnus, vel plures huius musculi nerui aut depinguntur aut describuntur. Oritur neruus noster breuis 245. ex neruo crurali ipso et separatus, attamen exiguus huius nerui ramus est. Cel. STYX [d] ex trunco communi cum neruo eiusdem musculi longo, seu inferiore exortum et in duos fere aequales ramulos diuisum obseruauit. Descendit inter neruum musculi cruralis longum et eundum musculi vasti interni, in quo itinere ramulum anastomoticum 246. neruo longo musculi cruralis exhibet, quem supra iam descripsimus. Quando superiorem sui musculi partem attigit, exteriora versus duos ramulos 248. 249. spargit, qui in superficie carnis externa repunt ibique terminantur. Neruus vero ipse 250. interiora versus migrat et ramis suis profundius in carne distribuitur. Haud raro quoque, vt STYX [e] iam obseruauit, cum neruo eiusdem musculi longo, seu inferiore anastomosin init.

XVI. NERVVS MVSCVLI VASTI INTERNI INFERIOR, seu LONGVS. Eum Tab. IV. Fig. I. n. 252. depictum dedimus. Ramus nerui cruralis decimus sextus est, et insigni crassitie et longitudine gaudet. Ortum eius Cel. STYX [f] ex communi trunco huius et antecedentis nerui deriuat, et ab illo, quia diuersum cursum tenet, cum cura separat, sexque eius ramulos numerat. Apud nos ex communi trunculo cum neruo sapheno enascitur 251. et iuxta hunc super dimidiam fere femoris partem transit et, datis quatuor ramulis lateralibus externis, lateri interno sui musculi inseritur. Primus eius ramulus 253. simplex est et mox in carne euanescit. Secundus ramulus 254. anteriore crassior longiorque est et in tres abit surculos 255. 256. 257. mox in carne euanescentes. Ramulus tertius 258. diuiditur in vnum superiorem 259. et alterum inferiorem 260. surculum. Ramulus quartus 261. inter reliquos insignior, in tres secedit surculos. Primus eorum 262. superior, secundus medius, 263. tertius est inferior 264. Longum per inferiorem huius musculi partem iter faciunt et tandem in carne cessant. Neruus denique ipse 265. duplice fine partim anteriora, partim posteriora versus distribuitur et sensim sensimque oculis sese subtrahit. Quod reliquum est, VESALIVS [g] huius musculi neruum non ignorauit, etsi concedamus, notionem eius non ex omni parte fuisse perfecte claram. EVSTACHIVS [h] vnicum neruum, in quatuor vero ramulos diuisum, et ex ramo primo, seu externo nerui cruralis exortum, depinxit. VIEVSSENIVS [i] ex ramo nerui cruralis primo communem pro recto et vasto interno musculo enatum neruum, 87. alium ex ramo secundo egressum, 92. duos denique minores 101. 102. et tres huius musculi maiores 103. 106. 107. ex ramo quarto exortos, quorum posterior communis musculi tricipitis est, obseruauit et icone expressit. In summa septem huius musculi separatos neruos numerauit. BERRETTINVS [k] tres depinxit, ita tamen, vt omnes hi musculares rami e sapheno neruo exeant. Alibi [l] de vnico tantum loquitur, qui in tres ramulos longiores in superficiem musculi sese immergentes, diuiditur. Alio adhuc loco [m] duos ramos delineauit, statim diuisos, qui versus externam et internam musculi partem ramulos suos mittunt. MARTINVS [n] et COOPMANS [o] duos obseruarunt. Apud COOPMANS sic proueniunt, vt vnus ex ramo nerui cruralis exteriore exoriatur et communis sit musculi vasti externi et interni; alter vero ex interiore ramo enascatur et totus nostrum musculum adeat. Tandem Celebb. Viri A. MONROVS [p], WINSLOVIVS [q], SABATIER [r], HAASIVS [s], GVENTHERVS [t] et alii vel de vnico tantum vel de pluribus huius musculi neruis in suis scriptis exposuerunt. Ex quo igitur clarum satis et perspectum est, musculum quoque vastum internum aeque ac vastum externum, quum numerosos satisque crassos acceperit neruos, multis et insignibus a natura instructum esse neruis, vt scilicet vis eorum muscularis reliquis musculis, in anteriori femoris parte positis, sit excellentior. Quod vero ad discrepantiam horum neruorum attinet, haud raro, vt experientia edocti scimus, ex trunco satis crasso plures exeunt grandes rami, quos pro singulis huius musculi neruis si habere placuerit, numerum horum neruorum admodum augent. Sed et accidit, vt vnius trunci loco duo ex neruo crurali procedant, vti icon nostra demonstrat, separati nerui, qui ramulis suis huic musculo prospiciunt, et cum vnus superior et breuis, alter vero inferior et longus sit, sic denominari omnino merentur. Quando vero vnicus et tenuis trunculus adest, ex quo duo recensiti nerui, ramulorum instar, vt STYX obseruauit, sparguntur, musculus noster versus inferiorem sui partem ex proxime adiacente neruo sapheno non nulla filamenta trahit, quae idem praestant, quod a propriis neruis praestandum erat. Sed haec satis dicta sunto. Progredi liceat ad alium inter reliquos nerui cruralis ramos crassissimum et longissimum.

XVII. NERVVS SAPHENVS, ab aliis CVTANEVS LONGVS, seu CVTANEVS PEDIS INFERIOR dictus, decimus septimus nerui cruralis ramus est et depictus occurrit in Tab. III. et IV. Fig. I. n. 266. 266. Inter omnes fere anatomicos constat origo eius et ramulorum distributio, etsi negandum non sit, diuersa eum lege oriri et ramos spargere posse suos. Nomen sapheni nerui apud WINSLOVIVM, nisi egregie fallimur, primum auditur et reliquis denominationibus, propter eius per venam saphenam descensum, nobis praeferendum omnino esse videtur. VESALIVS [u] breuiter, recte tamen huius ortum et descensum per femur ad summum vsque pedem descripsit et depictum dedit. EVSTACHIVS [v] egregie hunc depinxit et ALBINVS, celeber eius interpres, sub nomine cutanei nerui indicauit. Oritur apud hunc neurographum ex ramo nerui cruralis secundo, seu interno et in toto femoris et cruris latere interno distribuitur. Alia originis, et ramorum distributionis ratio est apud VIEVSSENIVM [w], qui, quod in transitu dixerimus, maxima cum diligentia in hunc inquisiuit eumque cum cura depingere studuit. Ex ramo nerui cruralis quarto ortum et per superiorem, anteriorem et inferiorem tibiae partem distributum eum vidit. BERRETTINVS [x] ex communi trunco cum neruo cutaneo interno egredientem, et alibi [y], ex ramo nerui cruralis interno solum prouenientem depinxit, vt de reliquis eius diuersitatibus, hinc inde obuiis [z], taceamus. WINSLOVIVS [a] et SABATIER [b] hunc quoque cognitum habuerunt; quoad originem vero et ramorum expansionem, etsi in describendis aliis non admodum a se discrepant,

d) Vid. Eius Differtat. de Neru. Crur. et Obtur. p. 17.
e) Vid. l. c. p. 18.
f) Vid. l. c.
g) Vid. Eius Fabric. Corp. Hum. l. c.
h) Vid. Eius Neurogr. Vniuersal. Tab. XXVIII.
i) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. XIX. n. 2.
k) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. III. et IV. Fig. I.
l) Vid. l. c. Tab. X. Fig. I.
m) Vid. l. c. Tab. XII. Fig. I.
n) Vid. Eius Institut. Neurolog. l. c.
o) Vid. Eius Neurolog. l. c.
p) Vid. Eius Tractat. de Neru. l. c.
q) Vid. Eius Expos. Anatom. l. c.
r) Vid. Eius Traité l. c.
s) Vid. Eius Cerebr. et Neruor. Anatom. l. c.
t) Vid. Eius Kurzen Entwurft. l. c.
u) Vid. Eius Fabr. Corp. Hum. p. 554.
v) Vid. Eius Tabul. Anatom. Tab. XIX. et XXI. Nr. 2.
w) Vid. Eius Neurogr. Vniuers. Tab. XXVIII. n. 108.
x) Vid. Eius Tab. Anat. Tab. III.
y) Vid. l. c. Tab. IV.
z) Vid. l. c. Tab. II. et V.
a) Vid. Eius Expos. Anat. l. c.
b) Vid. Eius Traité. l. c.

pant, miram obseruant diuersitatem. Styx [c] etiam eius exactam cum Lectoribus communicauit descriptionem. Vltimus nerui cruralis apud hunc auctorem ramus est et e trunco communi cum neruo longo musculi crurei et neruo vasti interni enascitur atque in suo per femur et tibiam descensu vndeuiginti ramos spargit. Caeterum Celebb. quoque Viri A. Monrovs [d], Hallervs [e], Lievtavd [f], Haasivs [g], Martinvs [h], Gventhervs [i], Coopmans [k], Cheselden [l] et alii attentione sua haud indignum eum iudicarunt et de diuersa eius origine et ramorum distributione vel pauca, vel plura fecerunt verba. Neruum enim nostrum, vt supra iam moniumus, admodum variare posse, non ex recentiorum horum virorum scriptis tantum, sed etiam ex antiquiorum satis liquet. Verum enim vero quid est, quod miremur, cum cadauera sint in quibus vel altius, vel profundius, vel exteriora, vel interiora versus, vel ex hoc, vel ex alio ramo, vel simplex vel duplex, vel seorsim, vel ex comuni trunculo oriatur; quid inquam est, quod miremur, cum in quibusdam vnus alterue ramus desit, vel assurgat paululum, vel oblique dirigatur, vel ad neruum quemdam muscularem formandum aliquid conferat, et contra in aliis cadaueribus aut plures rami adsint, aut descendant, aut cuti prospiciant, aut musculum intrent, aut alio modo dissipentur? Ne vero Lectorum patientia abuti videamur, ab vlteriore huius rei tractatione abstinemus, non ignorantes, diuersitatis huius certas leges, hucusque vero non rite satis cognitas, esse. In nostra icone ex communi trunco 251. cum neruo longo musculi vasti interni oritur, sic, vt infra neruum cutaneum internum ex interno nerui cruralis latere egrediatur. Ex Cel. Styx [m] sententia constanti fere lege ex hoc loco originem suam trahere dicitur; sed plura nobis in promtu sunt exempla, quae altiorem eius originem probant, et praeprimis, si ex communi quodam trunco exoritur. Quando vero solus egreditur, vt Vievssenivs ostendit [n] et finem quasi nerui cruralis constituit, naturam huic legi satisfacere, haud negamus. Quae cum ita sint, neruus noster, vel hac, vel alia ratione enatus, inter neruum longum musculi vasti interni et neruum cutaneum internum, igitur iuxta externum latus arteriae cruralis serpit, et quando ad musculum adductorem longum peruenit, hunc et arteriam illam transgressus descendit atque a neruo anastomotico 430. rami anterioris nerui obturatorii 416. augetur. Quam anastomosin Cel. Haasivs [o], Gventhervs [p] et nonnulli alii iam obseruarunt. In cadaueribus, in quibus pauciores et tenuiores musculi vasti interni deprehenduntur nerui, ex hoc nerui sapheni loco auxiliares eiusdem musculi nerui, vt supra docuimus, exeunt. Factum igitur est, vt Styx [q], Berrettinvs [r] et alii vel vnum, vel plures in hac regione exortos ramos obseruarent, quum in nostra icone, satis crassos et numerosos musculi vasti interni exprimente, adhuc integer appareat saphenus. Facta hac anastomosi, vlterius iter suum prosequitur et vel tendinem musculi sartorii perforat, vel sub eo delitescit atque infra malleolum internum et versus pedis extremi internam partem iuxta venam saphenam, circa quam aliquoties voluitur, procedit et his ipsis locis, in decursu suo, septemdecim maioribus et septem minoribus ramis porrectis, terminatur. Antequam vero vlterius progrediatur, paulo post factam illam anastomosin in duos fere aequales ramos diuiditur 267. 282. Vnum ex his primum 267. vocamus, qui longum versus genu iter facit, et exhibito ramo anastomotico 268, qui cum alio ramo 390. a. nerui cutanei interni mirabili modo integrum restituit neruum saphenum, tandem sub cute se manifestat 269. et supra tendinem musculi gracilis versus anteriorem cruris partem proficiscitur, Tab. II. Fig. I. atque in tres quatuorue abit ramulos 270. 271. 272. 277. Ramulus primus 277. breuis est et statim in cute ab interno cruris latere finitur. Ramulus secundus 270. antecedente crassior longiorque est et versus anteriorem cruris partem procedit ibiqui duos praebet surculos 278. 279. Vnus externus est 278. et statim in tela cutis adiposa terminatur; alter internus 279. duobus filamentis 280. 281. cutim, musculum tibialem anticum tegentem, adit. Tertius ramulus 271. inter reliquos longissimus, exteriora versus flectitur et tres 273. 275. 276. spargit haud breues surculos. Surculus 273. haud procul a ligamento patellae, tibiae implantato, in contextu celluloso finitur; surculi vero 275. et 276. cutim, partem anteriorem et exteriorem cruris obducentem, adeunt et aliquot filamentis in ea terminantur. Quartus denique ramulus 272. in duos surculos diuisus, supra ligamentum patellae ad cutis telam cellulosam abit et mox euanescit. Alter nerui sapheni principalis ramus 282, qui noster secundus est iuxta primum 267. idem prosequitur iter longum. Sed ad condylum ossis femoris internum progressus, recipit ramulum anastomoticum 390. b. nerui cutanei interni; quo auctus iuxta ligamentum patellae et inter tendinem musculi gracilis 283. propius ad partes cutaneas accedit et, huius ligamenti fere mediam partem transgressus, tres ramulos anteriora et exteriora versus emittit 284. 291. 294. Ramulus eius primus 284. vno recurrente surculo 285. ad genu ascendit et in eius latere externo duobus filamentis 286. 287. ligamento capsulari implantatur; altero vero surculo 288. in duo filamenta 289. 290. diuiso, partim in cute, partim in adiposa eius membrana desinit. Ramulus secundus 291. medius est et in duos surculos abit, 292. 293. vno externo 292. in cute cessat, altero vero interno 293. in adipe finitur. Ramulus tertius 294. altiore loco egreditur et internus est, oblique versus anteriorem tibiae partem flectitur et surculum lateralem 295. spargit, qui adipem adit, ipse vero 296. paulo profundiori loco in membrana adiposa finitur. Emissis his duobus ramis neruus saphenus ex ramo eius primo, ope ramuli anastomotici 268. et ex ramo nerui cutanei interni 390. b. de nouo in integrum restitutus, e regione tendinis musculi semitendinosi vltra progreditur et versus internam et anteriorem curis partem descendit. Ad hunc locum profectus, tertium 299. ramum spargit, qui duobus ramulis 300. 301. in adipe consumitur. Quartus ramus 301. a. paulo post emittitur et in duos abit surculos 301. b. 301. c. in cute, musculum tibialem anticum tegente, terminatos. Deinde duo ramuli anastomotici 302. 303. ex interno eius latere proueniunt, qui neruum nostrum cum ramo suo insigni 337. de quo plura infra dicenda sunt, coniungunt. Quintus ramus 304. surculo 305. aliquo adipi dato, exteriora versus tendit, et partim in adipe, 307. partim in cute 308. definit. Sextus ramus 308. a. breuis est et statim aut duos, aut tres porrigit ramulos. Primus ramulus 309. qui surculum adipi largitur 310. in cute 311. cessat. Secundus ramulus 312. exiguus est et adipi datur. Tertius ramulus Tab. III. Fig. I. n. 308. a. occurrit et duos praebet surculos in periostio tibiae decurrentes. Septimus ramus 313. simplex, breuis et internus est ac periostium tibiae adit et huic quasi agglutinatus est. Octauus ramus 314. in tres secedit ramulos 315. 316. 317. qui omnes in membrana cutis adiposa finiuntur. Datis his ramis de nouo neruus noster cum ramo suo insigni 337. ope ramuli anastomotici 318. coniungitur. Facta hac anastomosi, breuem et exiguum ramum nonum 319. emittit, qui duobus ramulis 319. 320. tibiae periostium adit. Ramus decimus 320. a. versus malleolum externum tendit et surculo adipi, hic loci posito, exhibito, 321. ipse 322. in cute cessat. Vndecimus ramus 323. idem, quod decimus, iter facit, duobus vero suis

c) Vid. Eius Differtat. de Neru. Crur. et Obturator. p. 19.

d) Vid. Eius Tractat. de Neru. l. c.

e) Vid. Eius Element. Physiol. l. c.

f) Vid. Eius Zergliederungsk. l. c.

g) Vid. Eius Cereb. et Neruor. Anat. l. c.

h) Vid. Eius Institut. Neurol. l. c.

i) Vid. Eius Kurzen Entwurf. l. c.

k) Vid. Eius Neurolog. l. c.

l) Vid. Eius Anatomie des Menschl. Körp. l. c.

m) Vid. Eius Differtat. de Neru. Crural. et Obturat. p. 19.

n) Vid. Eius Neurogr. Vniuerf. Tab. XXVIII.

o) Vid. Eius Cerebr. et Neru. Anat. l. c.

p) Vid. Eius Kurzen Entwurf. p. 152.

q) Vid. Eius Differtat. de Neru. Crural. et Obtur. p. 19.

r) Vid. Eius Tab. Anat. l. c.

ſuis ſurculis 324. 325. quos edit, in adipe finitur. Duodecimus ramus 326. ab interno latere nerui ſapheni prouenit, quum omnes hucuſque recenſiti, ſi ramulos anaſtomoticos 302. 303. 318. et paruum ſeptimum ramum 313. exceperis, ex parte eius externa originem traxerint ſuam. Satis magnus et longus eſt atque verſus malleolum internum dirigitur. Duos ramulos porrigit, quorum vnus 327. internus eſt et in cute, hunc malleolum obducente, terminatur. Alter externus eſt 328. et in duos ſurculos 329. 330. diuiſus, qui fibris ligamentoſis articuli intermiſcentur. Ramus decimus tertius 331. ab externo ſapheni latere porrigitur et in duos abit ramulos 332. 333. Vnus eorum externus 332. alter 333. internus eſt. Ambo in cute dorſi pedis finiuntur. Ramus decimus quartus 334. interne oritur, exiguus et ſimplex eſt et ſtatim in pedis articulo abſumitur. Ramus decimus quintus 335. internus et paruus quoque eſt, et in cute, internum pedis latus tegente, mox euaneſcit. Ramus decimus ſextus 336. vltimus quaſi nerui ſapheni, in pede terminatur, et dum cutim, hic loci poſitam, intrat, mox oculis ſeſe ſubtrahit. Sed deſcribendus reſtat ramus, qui mox ſub genu ex interno latere nerui ſapheni prouenit 337. et cum noſtro neruo e longitudine cruris vſque ad pedem ſic deſcendit, vt potius interiora et non nihil poſteriora verſus flectatur et diſtribuatur. Quoad numerum decimus ſeptimus noſtri ſapheni ramus eſt, etſi libenter concedimus, eum, propter originis altiorem locum, alio numero inſigniri poſſe. Verum enim vero quum reliquis ramis inſignior et maioris quoad ramorum eius diſtributionem ambitus ſit, eum hanc ob cauſam nomine nerui ſapheni minoris inſignire haud dubitauimus. Paulo poſt originem primum praebet ramulum 338. ſimplicem quidem, inter reliquos tamen longiſſimum. Tranſit tibiam et in cute, quae mediam partem muſculi tibialis antici tegit, terminatur. Quo edito, paululum deſcendit et in nodulum 339. intumeſcit, ex quo, ganglii ad inſtar, plures commode exeunt alii ramuli, in ſuprema et laterali interna ſurae parte plexum formantes. Ex hoc prouenit ramulus ſecundus 340. qui exteriora quidem verſus flectitur, attamen ſurculum 341. ſatis longum ad internam ſurae partem demittit, plura filamenta ſpargentem. Vnum filamentum 342. cuti praebet, aliud adipi 344. largitur et duo alia cuti dat, 346. 347. quae lateralem internam et infimam ſurae partem tegit. Quo facto breues duos anaſtomoticos ſurculos 348. 349. edit, qui cum ramulo tertio, ex nodulo illo 339. exorto, coniunguntur, et in ramulum, ex quo enati erant, regrediuntur. Hac ratione auctus in perioſtio tibiae iter ſuum obliquum, nec breue proſequitur et partim in adipe, 351. partim in cute 352. finitur. Tertius ramulus breuis eſt et anaſtomoſin, iam memoratam, cum ſecundo init 348. 349. et hoc modo terminatur. Quartus ramulus 354. interne prouenit, et exhibito ſurculo, adipem adeunte 353. ramulo quinto inſeritur eumque auget. Quintus ramulus 355. haud exiguus, nec breuis, anaſtomoſi cum ramulo quarto facta, deorſum flectitur et duobus ſurculis 357. 358. cuti proſpicit. Quibus editis quinque ramulis neruus noſter ſaphenus minor iuxta maiorem ſaphenum verſus malleolum internum dirigitur et in hoc itinere triplici modo cum ſocio ſuo, vt ſupra iam docuimus, anaſtomoſeos artificio 302. 303. 318. coniungitur. Sextus eius ramulus inter anaſtomoſin ſecundam 303. et tertiam 318. exoritur et verſus internam et poſteriorem cruris partem duos 360. 361. exhibet ſurculos, in cute, hanc partem tegente, terminatos. Ramulus exiguus ſeptimus 362. externe prouenit et paulo poſt tibiae perioſtium adit. Tandem neruus ſaphenus minor, tenuior factus 359. poſt malleolum internum deſcendit et in illa concaua pedis parte, a ſinuoſitate oſſis calcis effecta, nonnullis filamentis terminatur.

Ex his, quae de deſcenſu et diſtributione nerui ſapheni minoris et maioris diximus, ſatis liquet, hunc propterea imprimis ſingulari craſſitie et longitudine gaudere, vt partes cruris cutaneas anteriores et interiores, ſuperiores et inferiores, ramis neruoſis plane deſtitutas, neruis inſtruat et in longinquis locis cruralem noſtrum arctius cum reliquis extremitatum inferiorum neruis copulet; illum vero magis a natura eſſe factum, vt eam cruris internam partem, a maiore ſapheno intactam relictam, adeat et verſus poſteriora varios demittat cutaneos ſurculos. Sic factum eſt, vt tota anterior, interna et externa cruris ſuperficies ac interna quoque pedis pars propaginibus noſtri cruralis ſatis abundet.

XVIII. NERVVS CVTANEVS INTERNVS, CVTANEVS BREVIS, CVTANEVS MINOR ſeu SVPERIOR appellatus, decimus octauus et vltimus ramus eſt, qui vel ex ipſo nerui cruralis trunco ſeparatim egreditur, vel ex trunco communi quodam exoritur. Originem huius Tab. III. et IV. Fig. I. n. 363. 363. diſtributionem vero ramorum Tab. II. Fig. I. repraeſentat. VESALIVS [s]) ex communi trunco cum ſapheno enatum eum olim iam obſeruauit, etſi ab accurata eius deſcriptione abſtinuit. Apud EVSTACHIVM [t]) ex ſecundo, ſeu interno nerui cruralis ramo originem trahit ſuam et ad internum femoris latus ſuos ramulos, a noſtris tamen diuerſos, ablegat. VIEVSSENII icon [u]) ex ramo principali tertio egreſſum et in multos ramulos partitum ſiſtit. Apud BERRETTINVM [v]) non nullae huius varietates occurrunt. Sic ſimplicem et e communi trunco cum ſapheno neruo exortum [w]), alium vero triplicem [x]), ex ramo nerui cruralis interno egreſſum, depinxit; vt de reliquis taceamus diſcrepantiis. Cel. STYX [y]) et hunc inter reliquos accurate et copioſe deſcripſit. Oritur apud hunc auctorem ex communi trunco cum neruo muſculi pectinei et cutaneo anteriore, cuius originis ratio a noſtra aliorumque Virorum differt; attamen, vt edocti ſcimus, haud ita rara eſt. Paulo poſt originem inſignem ramum interiorem praebet; quo edito, in ramum internum maiorem et externum minorem diuiditur, quorum vterque tres ramulos ſpargit. Caeterum Celebb. Viri WINSLOVIVS [z]), A. MONROVS [a]), HALLERVS [b]), SABATIER [c]), HAASIVS [d]), MARTINVS [e]), GVENTHERVS [f]), COOPMANS [g]) et alii hunc vel plus, vel minus cognitum habuerunt. Ex comparatis horum Virorum ſcriptis clare apparet, naturam in edendo et diſtribuendo noſtro, ſicuti in omnibus fere neruis cutaneis, admodum variare et certi et conſtantis aliquid fere nunquam, praeſertim in diſtributione ramorum, obſeruare. Quod vero ad noſtram iconem attinet, neruus internus cutaneus ex interno nerui cruralis latere iuxta neruum muſculi tricipitis 201. ſeorſim egreditur. Neruo ſapheno minor graciliorque eſt, atque ſtatim ſub ligamento POVPARTII ad internum arteriae cruralis latus repit, vbi propter huius vaſis colorem rubrum pallide rubeſcit et hanc ob cauſam cum cura eſt praeparandus. Antequam vero hanc arteriam attingat, ramum inſignem 365. internam verſus femoris partem emittit, qui mox in tres abit ramulos 366. 379. 388. Primus externus eſt et, perforata faſcia lata, foras egreditur, Tab. II. Fig. I. n. 366. et ſupra mediam et internam femoris partem nonnullos ſubcutaneos ſurculos emittit. Surculus eius 368. breuis et internus eſt atque in adipe finitur. Surculus 369.

D 2 cutim

s) Vid. Eius Fabr. Corp. Hum. l. c.

t) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. XXI. lit. N. n. 2.

u) Vid. Eius Neurogr. Vniuerſ. Tab. XXVIII. n. 99.

v) Vid. Eius Tab. Anat. l. c.

w) Vid. l. c. Tab. III. Fig. I.

x) Vid. l. c. Tab. IV. Fig. I.

y) Vid. Eius Diſſert. de Neru. Crural. et Obturat. p. 13.

z) Vid. Eius Expoſ. Anat. l. c.

a) Vid. Eius Tractat. de Neru. l. c.

b) Vid. Eius Elementa Phyſiol. l. c.

c) Vid. Eius Traité. l. c.

d) Vid. Eius Cereb. et Neruor. Anat. l. c.

e) Vid. Eius Inſtitut. Neurol. l. c.

f) Vid. Eius Kurzen Entwurf. l. c.

g) Vid. Eius Neurolog. l. c.

cutim e regione musculi sartorii adit et externus est. Surculus 371. quoque externus et antecedentibus crassior longiorque est et in adipe, musculo sartorio proximo, finitur. Surculus 373. externus quoque est et inter reliquos longissimus. Flectitur non nihil posteriora versus et in cute euanescit, quae internam et posteriorem femoris partem tegit. Surculus 374. interne oritur et idem fere cum antecedente iter facit ad auersam femoris partem. Surculus tandem 375. internus est et duobus filamentis 376. 377. in cute, internam femoris partem tegente, finitur. Secundus ramulus 379. rami principalis 365. nerui cutanei interni externe prouenit, et vel ad musculum gracilem tendit et in eo consumitur, nisi ab obturatorio neruo huic musculo satis prospectum sit, vel, si sat pluribus neruis hic musculus ab illo instructus est, fasciam latam e regione pudendarum partium penetrat et surculos huic regioni impertit suos. Vid. Tab. II. Fig. 1. n. 379. Perforata fascia lata, mox diuiditur in duos surculos, vnum externum 380. et alterum internum 385. Externus 380. de nouo bifurcatus, vnum filamentum adipi, 381. alterum 382. cuti largitur, quod duobus minoribus filamentis 383. 384. in illa terminatur. Internus surculus 385. duobus filamentis 386. 387. cuti, supremam et lateralem internam femoris partem tegenti, inseritur. Haud raro accidit, vt surculus pro musculo gracili et surculus cutaneus, nunc descriptus, simul in cadaueribus reperiantur; tunc vero quatuor numerantur surculi; saepius vero solus obseruatur ille cutaneus. Tertius denique ramulus medius et breuis est, atque mox anastomoseos artificio cum trunco nerui cutanei interni coniungitur. Vid. Tab. IV. Fig. 1. n. 388. Quo facto neruus noster sub lata fascia longum iter ab anteriori versus interiorem femoris partem cum socio neruo sapheno facit. Sed ad tendinem sartorii musculi profectus, ramum spargit 390. qui aut hunc perforat, vt Tab. III. Fig. 1. n. 390. monstrat, aut eum subit, et versus genu proficiscitur. Siue vero hac, siue illa ratione foras egressus, varios, et vt saepius obseruandi nobis occasio erat, fere semper externos praebet ramulos. Primus eius ramulus 391. ad mediam patellae partem tendit et periostium intrat, mox vero, quum exiguus sit, oculis sese subtrahit. Secundus ramulus 392. antecedente longior est et ad inferiorem patellae locum dirigitur, cui tres 393. 395. 396. praebet surculos, primum nempe 393. secundum 395. et tertium 396. qui omnes serpentino ductu huius ossis ligamentum transeunt et in adipe, circa genu posito, terminantur. Tertius ramulus 398. simplex et breuis est atque ligamento patellae agglutinatur. Quartus ramulus 399. circa genu exteriora versus flectitur et in contextu celluloso euanescit. Quintus ramulus 400. interne oritur, breuis est et in pinguedine, circa inferiorem genu partem posita, cessat. Emisso hoc ramo, cutaneus internus vltra progreditur et in regione genu ramuli anastomotici ope 390. b. cum ramo principali secundo nerui sapheni coniungitur; Vid. Tab. IV. Fig. 1. n. 390. b. et 283. tandem vero, vt supra iam monstrauimus, neruus noster sapheno neruo inseritur et hac ratione finitur.

Praeter hos recensitos neruos, e crurali neruo seorsim exortos, alii vel ad musculum tensorem fasciae latae, vt VIEVSSENIVS [h)] et BERRETTINVS [*)] aliique testantur, vel ad musculum gracilem, vti nos, BERRETTINVS [i)] et alii nonnulli demonstrant, vel ad musculum semineruosum vt WINSLOVIVS [k)] et COOPMANS docent [l)], tendunt: a quorum vero delineatione et descriptione eam ob causam abstinuimus, quum raro in cadaueribus inueniantur et tunc demum obseruentur, quando aut neruus obturatorius, aut ischiadicus ramis hisce musculis, vti supra iam monuimus, haud abunde satis prospexerit. Nobis igitur hos in transitu tetigisse satis fuit.

NERVVS OBTVRATORIVS VESALIO [m)] TERTIVS CRVRIS NERVVS, AL. MONROO [n)] CRVRALIS POSTERIOR, HALLERO [o)], CAMPERO [p)] et COOPMANS [q)] OBTVRATOR, LIEVTAVD [r)] CRVRALIS PARVVS appellatus, neruo crurali, a nobis descripto, multo gracilior tenuiorque est et originem suam ex secundo, tertio et quarto pari lumborum ita trahit, vt ex secundo vnam quidem, sed satis crassam, ex tertio tres, at tenuiores, et ex quarto vnam tenuem radicem accipiat. Vid. Tab. I. Fig. 2. n. 142. 143. 144. 145. 146. 147. Igitur ex duobus truncis nascitur. Maior et superior ex lumbali pari secundo et tertio conflatur. Huic, sub musculo psoa et pone internum eius marginem ad peluim descendenti, in forma anguli acuti inseritur secundus truncus isque minor et inferior, qui ex pari lumbali quarto oritur. VESALIVS [s)], cui neruus hic, vt etiam olim GALENO [t)], innotuit, quoad originem eius accurate nobiscum consentit; sed in hoc differt, quod truncus ille, qui a lumbali quarto prouenit, apud hunc auctorem maior, quid? quod maximus sit [u)]. Inde factum est, vt affirmet, illic potissimum eum enasci, vbi quarta lumborum vertebra quintae articulatur. EVSTACHIVS [v)], qui accurate hunc depinxit, ex toto nobis respondet. VIEVSSENIVS [w)] ex neruo lumbali tertio, quarto et quinto sic exortum eum depinxit atque descripsit, vt vnam radicem ex tertio, duas ex quarto et vnam ex quinto trahat. Inde formatus est maior et superior atque minor et inferior huius nerui truncus, etsi CAMPERVS [x)] contendit, nostrum nunquam oriri ex lumbali quinto. BERRETTINVS [y)] radices huius, ex secundo, tertio et quarto enatas, aequales depinxit. Alibi vero et alia originis ratio, obscure tamen, repraesentatur [z)]. WINSLOVIVS [a)] et AL. MONROVS [b)] eandem nobiscum originem obseruarunt, etsi hic semel e tertio tantum et quarto neruo lumbali prouenientem vidit obturatorium. Cui obseruationi aliae, a CAMPERO [c)] frequenter factae, respondent, etsi auctor hic celeberrimus non negat, se aliquando ex tribus superioribus neruis lumbalibus enatum vidisse nostrum; in qua originis ratione CHESELDEN [d)] socium habet. Caeterum HALLERVS [e)], LIEVTAVD [f)], SABATIER [g)], HAASIVS [h)], MARTINVS [i)], STYX [k)], GVENTHERVS [l)], COOPMANS [m)] et alii eandem huius nerui originem nobiscum obseruarunt. Siue vero hac, siue illa ratione, siue duplici, siue triplici, siue denique quadruplici

h) Vid. Eius Neurogr. Vniuers. Tab. XXVIII. n. 89.
*) Vid. Tabul. Anat. Tab. IV. Fig. 1.
i) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. III. Fig. 1.
k) Vid. Eius Expos. Anat. l. c.
l) Vid. Eius Neurolog. l. c.
m) Vid. Eius Fabr. Corp. Hum. p. 553.
n) Vid. Eius Tractat. de Neru. p. 586.
o) Vid. Eius Element. Physiol. Tom. IV. Lib. X. p. 250.
p) Vid. Eius Demonstr. Anat. Pathol. Lib. II. p. 7.
q) Vid. Eius Neurolog. p. 158.
r) Vid. Eius Zergliederungskunst. Tom. II. p. 177.
s) Vid. Eius Fabr. Corp. Hum. l. c.
t) Vid. Eius Admin. Anat. Lib. III. Cap. X. p. 83 — 85.
u) Vid. Eius Fabr. Corp. Human. p. 553. et Eius Tabul. n. 3.
v) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. XIX.
w) Vid. Eius Neurogr. Vniuers. Tab. XXVIII. n. 70. 70.
x) Vid. Eius Demonstrat. Anatom. Patholog. l. c.
y) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. XIV.
z) Vid. Eius Tabul. Anatom. Tab. XII. III. etc.
a) Vid. Eius Expos. Anatom. l. c.
b) Vid. Eius Tractat. de Neru. p. 185.
c) Vid. Eius Demonstr. Anatom. Pathol. l. c.
d) Vid. Eius Anatomie des Menschl. Körp. p. 236.
e) Vid. Eius Element. Phys. Tom. IV. l. c.
f) Vid. Eius Zergliederungskunst. l. c.
g) Vid. Eius Traité complet d'Anatom. Tom. III. 312.
h) Vid. Eius Cerebr. et Neru. Anatom. p. 106.
i) Vid. Eius Institut. Neurolog. p. 231.
k) Vid. Eius Differtat. de Neru. Crur. et Obturator. p. 23.
l) Vid. Eius Kurzen Entwurf. p. 151.
m) Vid. Eius Neurolog. p. 151.

plici radice enatus, non ita multa poſt in vnum truncum confluit, Tab. I. Fig. 2. n. 142. et inſtar chordae iuxta pſoam, a cuius anterioribus capitibus in principio obtectus erat, progreditur, neque raro varios huic muſculo ramulos largitur et verſus ſuperiorem partem foraminis oualis, vt vocatur, inter arteriam iliacam externam, ſeu femoralem, et internam, ſeu hypogaſtricam in peluim deſcendit, atque venae et arteriae obturatoriae comes iter ſuum continuat. Antequam vero per hoc magnum oſſis innominati foramen tranſeat, aut vnum, aut plures muſculo obturatori interno dat ramulos et poſt tranſitum alios obturatori externo. Saepius quoque fit, vt ramuli hi iam iuxta illos, aut omnes ſimul ex communi trunculo intra peluis cauitatem proueniant. Quibus emiſſis ramulis, vel ante, vel poſt eius per foramen ouale tranſitum in duos principales ramos diuiditur. In Tab. I. Fig. 1. n. 3. iam in pelui ramos ſuos ablegans, depictus occurrit et CAMPERI [n]), COOPMANS [o]) aliorumque virorum de hac diſtributionis ratione obſeruationes rite factas eſſe, haud ſemel obſeruauimus, etſi non negamus, eum interdum extra peluis quoque cauitatem in ramos illos ſecedere, vel ſaltim non raro ramos hos, ſic vnitos, et tela celluloſa inter ſe coniunctos, ſic, vti v. c. ex Tab. IV. Fig. 1. n. 416. apparet, e foramine ſaepius nominato egredi, vt pro trunco huius nerui adhuc indiuiſo facile haberi poſſint. Tres porro Tabula noſtra ſiſtit huius nerui ramos, quorum tertius, cuius paulo ante mentionem fecimus, is eſt, ex quo ſcilicet, vt e communi fonte, ramuli proueniunt, muſculo obturatori externo et interno proſpicientes. Duo reliqui rami nunc conſiderandi ſunt qui inter omnes fere anatomicos ſub nomine anterioris et poſterioris rami conſtant.

Ramus anterior vel ſuperior, ſi interne oritur, per ſinum, qui in ſuperiore parte foraminis oualis eſt, ſupra obturatores muſculos egreditur et iuxta obturatorem externum ac muſculum adductorem breuem et magnum, deinde ſub pectineo et adductore longo decurrit et anteriorem profundam et interiorem femoris lateralem partem adit, quid? quod ad genu vſque deſcendit. In hoc vero itinere muſculis proxime adiacentibus varios ſuppeditat ramos. Primus ramus in ſuperficiem muſculi adductoris brevis ALBINI, ſeu capitis primi tricipitis plerumque decurrit ac deinde huic immittitur. Cel. STYX [n]) loco vnius huius rami tres vidit et depictos dedit, qui a ſe inuicem aequali fere ſpatio diſtantes in muſculum hunc ſeſe immergerent. Medius ex his omnium longiſſimus erat. Niſi ex hoc primo muſculus pectineus ramulos accipiat, natura huic proprium ramum largitur, qui deinde ſecundum horum ramorum numerum occupat, et vel duobus vel tribus ramulis, vt ſaepius obſeruauimus, ſuperficiem eius poſteriorem adit et in carne huius muſculi deſinit. Quando vero a neruo crurali, vel vnum, vel plures ramos ab anteriore parte accepit, haud raro accidit, vt vnicum tantum ramulum ab obturatore noſtro accipiat, vel etiam hoc plane careat. Non igitur eſt, quod miremur, ſi apud nonnullos anatomicos non occurrat huius muſculi neruus. Tertius ramus ad muſculum gracilem inter pectineum et adductorem breuem dirigitur et verſus adductorem longum prorepens, varios nunc ramulos diffundit. Antequam vero ramulos ſpargat, a ramulo anaſtomotico Tab. IV. Fig. 1. n. 434. rami quarti, mox deſcribendi, augetur et cum illo coniungitur. Quo facto gracili ſuo muſculo propius accedit et ramulum verſus ſuperiorem eius partem bifurcatum mittit. Surculus huius ſuperior 418. duobus filamentis ab anteriore, ſurculus vero 419. a poſteriore parte carnem huius muſculi adit. Deinde ramus noſter tertius, externo lateri huius muſculi applicatus, recta deſcendit et quatuor adhuc internos et admodum breves ramulos porrigit. Ramulus 421. ſimplex eſt et mox in carne finitur. Ramulus 422. duobus ſurculis, ſatis longis, 423. 424. eandem carnem petit. Ramulus 426. inter hos longiſſimus, in duos ſurculos diuiditur, qui in hoc muſculo conſumuntur. Ramulus 427. bifurcatus quoque eſt, eademque fere ratione finitur. Tandem ramus noſter tertius ramulum anaſtomoticum 430. ad augendum neruum ſaphenum, quem Cel. SABATIER [o]) et HAASIVS [p]) iam obſeruarunt, ſpargit, cuius ope cum neruo illo arctiſſime cohaeret. Ipſe vero fere mediam muſculi gracilis partem intrat et inferiora verſus inter eius fibras deſcendit hacque ratione finitur. Quartus ramus vel ſimplex, vel duplex eſt et ad muſculum adductorem longum ALBINI, ſiue ad caput ſecundum tricipitis ita proficiſcitur, vt ſub inferiore et poſteriore huius muſculi ſuperficie procedat et eandem poſteriorem huius carnis partem intret. Quando ſimplex eſt, vti apud nos repraeſentatur, in duos ramulos diuiditur, in vnum ſcilicet externum 435. et alterum internum 436. Exterior ramulus apud nos breuior eſt interiore, ſed apud Cel. STYX [q]) longior. Anaſtomoſin, vt paulo ante monuimus, cum tertio ramo init et ſtatim ad externum huius muſculi latus dirigit curſum; quo facto, aut vno, aut duobus ſurculis in carne eius finitur. Interior et longior ramulus 431. verſus externum huius muſculi marginem deſcendit et ſurculum huic ſuppeditat, qui duobus filamentis 432. 433. finitur. Ipſe vero profundius deſcendit et tandem in carne ceſſat. Quodſi vero duplex neruus hic muſculi adductoris longi inuenitur, vnus eorum externus, alter internus eſt. Ambo vero ſimplices muſculum ſuum intrant et in eo finiuntur. Quod reliquum eſt ex ramo noſtro anteriore nerui obturatorii et praeprimis, ſi neruus cutaneus internus nullos ſuperiores emittit cutaneos ramos, aut vnus, aut plures, vt COOPMANS [r]) et nonnulli alii iam obſeruarunt, ad cutim, hanc femoris partem tegentem, ramuli exeunt. Notandum quoque eſt, ordinem et numerum neruorum, ex ramo noſtro prouenientium, conſtantem ita non eſſe, vt ne apud auctores vel haec vel illa diuerſitas obſeruetur. Sed progredimur ad

Ramum poſteriorem vel inferiorem deſcribendum, qui, ſi in cauitate peluis iam exortus eſt, per eundem ſinum, quem in foramine ouali iam ante deſcripſimus, eademque ratione, vt anterior, foras egreditur. Penetrat muſculum obturatorem externum eique ramum porrigit, quando hic proprio et ſeorſim exorto neruo caret, vel inter hunc et obturatorem internum deliteſcit atque inter pectineum et adductorem breuem et longum, quos adductores nonnunquam perforat, iisque ex STYX [s]) teſtimonio nonnullos ramulos largitur, ad muſculum adductorem magnum proficiſcitur. Cel. COOPMANS [t]) ramum hunc medium vocat, quum tres obturatorii nerui ramos deſcribat. A natura ramus noſter praecipue muſculo adductori magno ſeu tertio capiti tricipitis datus eſſe videtur. Quando igitur in itinere ſuo ramulos ſpargit aliis partibus, hi tenuiores ſunt; craſſiores plerumque carnem huius muſculi intrant et in ea conſumuntur. Reliqui huius nerui rami apud auctores obuii, fere omnes, quum partes adeant, quibus cruralis neruus proſpicere ſolet, inconſtantes ſunt et rariores; igitur hos praeterire non magni putamus. Ex quo et ex obſeruationibus et antiquorum et recentiorum auctorum, a Galeno inde ad noſtra vſque tempora cum noſtris comparatis ſatis liquet, aliquam quidem inter hos quoad ramulorum minutiſſimorum decurſum et numerum, aliquam quoque quoad diuiſionem et originem ipſius nerui obturatorii eſſe differentiam, neutiquam vero tantas diuerſitates adeſſe, quantas in deſcripto neruo crurali obſeruauimus. Caeterum ab vlteriore huius nerui deſcriptione eo libentius abſtinuimus, quum alio tempore, ſi nouam ſcilicet huius nerui delineationem, quae nobis iam in promptu eſt, cum Lectoribus communicauerimus, plura de hoc expoſituri ſimus.

n) Vid. Eius Diſſert. de Neru. Crural. et Obtur. p. 24. et Icon. eius n. 184. 185. 186.

o) Vid. Eius Traité. p. 313.

p) Vid. Eius Cerebr. et Neruor. Anat. p. 107.

q) Vid. Eius Diſſertat. de Neru. Crur. et Obturat. p. 25.

r) Vid. Eius Neurolog. p. 159.

s) Vid. Eius Diſſertat. l. c.

t) Vid. Eius Neurolog. l. c

fimus. In noftris enim Tabulis exactae diftributionis ramorum huius nerui delineationem conficere ex caufis fupra iam allatis aeque difficile ac temerarium nobis effe videbatur. Sed defcriptis nunc lumbalibus neruis eorumque productionibus, quibus in totam fere anteriorem extremitatum inferiorum partem dominantur, procedendum eft ad alios, qui in cauitate peluis oriuntur, diftribuntur et in auerfam femoris, cruris et pedis partem producuntur.

NERVI SACRALES, etfi inter reliquos neruos vltimo loco recenfeantur, tamen propter originem, coniunctionem cum aliis, numerum, craffitiem, ramificationem aliisque de caufis altiorem omnino locum mereri videntur. Plures igitur anatomici et neurographi fere omnes et antiquiffimi et recentiffimi fingulari attentione haud indignos eos iudicarunt; vnde factum eft, vt in eorum fcriptis vel breuior, vel fufior defcriptio, vel vniuerfales, vel fpeciales horum neruorum imagines occurrant. Inter recentiores, qui veteres in accurata eorum difquifitione antecellunt, VESALIVS [u], EVSTACHIVS [v], VIEVSSENIVS [w], BERRETTINVS [x], WINSLOVIVS [y], A. MONROVS [z], HALLERVS [a], LIEVTAVD [b], CAMPERVS [c], SABATIER [d], HAASIVS [e], MARTINVS [f], WALTERVS [g], IOERDENS [h], GVENTHERVS [i], COOPMANS [k], et CHESELDEN [l] praecipue laudari merentur, etfi inter horum auctorum labores quoad horum neruorum defcriptionem et delineationem haud leue obferuare liceat difcrimen.

Oriuntur vero hi nerui ex infima medullae fpinalis parte ac cum lumbalibus caudam illam equinam conftituunt, et, vt HALLERI et HVBERI medullae fpinalis icones demonftrant, neque confufis, neque intricatis radicibus gaudent. Quilibet eorum formato ganglio in duas inaequales partes diuiditur. Vna pars anterior eft et maior, altero pofterior et minor. Anteriores horum neruorum partes ex anterioribus offis facri foraminibus exeunt et fub nomine neruorum facralium anteriorum veniunt, quum pofteriores partes per foramina pofteriora egrediantur et nerui pofteriores facrales appellentur. Numerus eorum vertebrarum numero, e quibus in teneriori aetate os facrum componitur, quaeque in adultis fenfim fenfimque confluunt in vnum os, accurate refpondet. Quum vero quinque offis facri vertebrae fpuriae, vt vocant, rarius fex numerentur, etiam quinque facrales nerui notantur, etiamfi a nonnullis, non habita hac ratione, fex defcribantur [*]. Auctores, qui praeter hos etiam neruorum coccygeorum mentionem faciunt, a quorum parte Cel. CAMPERVS [m] ftat, quatuor tantum facrales numerant et vltimum quintumque facralem ad illos referunt [**]. Siftit Tabula quidem noftra prima Fig. 1. et 2. quum et facrales et coccygeos neruos repraefentet, duplicem hanc numerandi methodum; fed abftinemus ab omni vlteriori difquifitione, vtrum haec an illa commodior fit; ingenio potius et iudicio Lectorum relinquentes, quamnam praeferant. Si quinque numerantur, notandum eft, neruorum primum par fub vertebra fpuria prima et fecunda offis facri egredi; quintum et vltimum vero per interftitium inter os facrum et coccygis atque faepius fimul cum quarto, vt MARTINVS iam monuit, [n] prouenire. Caeterum facrales neruos, partim inter fe et fuperiora et inferiora verfus arcte cohaerent, partim cum neruo intercoftali, feu fympathico magno funt coniuncti.

PRIMVM PAR SACRALE omnium maximum et craffiffimum atque fere aequale eft lumbalibus, depictum Tab. I. Fig. 2. n. 30. Duplici ratione cum intercoftali neruo, cui verfus fuperiora ramum anaftomoticum, 156. fatis craffum, largitur, quinque filamentis 151. 152. 153. 154. 362. vel, vt bis iam obferuauimus, tribus tantum, (filamenta enim 151. 152. 153. in vnum collectum vidimus,) neruum fympathicum augentem vel potius truncum huius fympathici ipfum, vt WALTERVS [o] iam obferuauit, in dextro latere conftituentem et repraefentantem cohaeret. Sin feparatus truncus nerui intercoftalis in cadaueribus inuenitur, illorum filamentorum imminuitur numerus. Alter ramus anaftomoticus 159. inferiori loco et fimplex, attamen fatis magnus eft. Hunc inter et illum, quos WALTERVS [p] primam et fecundam radicem appellauit, non raro ramulus anaftomoticus deprehenditur 160. vtrumque inter fe coniungens. Haud raro quoque fit, vt anaftomoticus hic 160. maior craffiorque deprehendatur; tunc vero pro continuato trunco intercoftalis eft habendus. Cel. CAMPERVS [***] ex facrali noftro vnum ramum ad ganglion facrale primum, et alterum ad fecundum migrantem obferuauit atque depinxit. Ex qua vero nerui intercoftalis anaftomofeos ratione et quum praeterea neruus lumbalis vltimus et facralis fecundus hunc, ope aliorum ramorum, augeant, fatis liquet, quomodo par noftrum facrale primum cum lumbali vltimo et facrali fecundo cohaereat. Sed praeter hanc coniunctionis rationem adhuc alia in cadaueribus obferuatur, qua fcilicet noftrum par, fingulorum ramorum auxilio, cum hoc et illo copulatur. Facta hac anaftomofi reliqua et praecipua paris noftri pars ad formandum neruum ifchiadicum impenditur et tertiam eius inter reliquas craffiffimam radicem conftituit. Antequam vero trunco ifchiadico inferatur, duo ex hac radice nerui mufculares oriuntur, 378. 379, quorum vnus fuperior eft et ad mufculum pyramidalem ambulat atque in eo ceffat, 378. alter 379. inferior eft, et ad mufculum gluteum medium proficifcitur ibique multis filamentis finitur. Cel. HAASII [*] teftimonio fuper pyramidalem egreditur et ftatim mufculum fuum adit. Praeter hos recenfitos ramos Cel. COOPMANS [q] alium obferuauit, qui fub ligamento facro ifchiadico extra peluim egreditur, deinde vero fupra proceffum offis ifchii acutum peluim iterum intrat et, in plures ramificationes diuifus, diftribuit fe per mufculum obturatorem internum.

SECVN-

u) Vid. Eius Fabric. Corp. Hum. p. 548.

v) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. XIX. N. 2. Tab. XXI. N. 2. Tab. XXIII. N. 2.

w) Vid. Eius Neurogr. Vniuerfal. p. 232. Tab. XXIX.

x) Vid. Eius Tabul. Anatom. Tab. XII. Fig. 1. Tab. XIII. Fig. 1. Tab. XIV. Fig. 1.

y) Vid. Eius Expof. Anatom. Tom. III. Traité des Nerfs.

z) Vid. Tractat. de Neruis p. 189.

a) Vid. Eius Elem. Phyf. Tom. IV. Lib. X. p. 252.

b) Vid. Eius Zergliederungkunft. Band II. p. 176.

c) Vid. Eius Demonftr. Anatom. Pathol. p. 8.

d) Vid. Eius Traité complet. d'Anatom. Tom. III. p. 318.

e) Vid. Eius Cerebr. et Neru. Anatom. p. 107.

f) Vid. Eius Inftitut. Neurolog. p. 233.

g) Vid. Eius Tab. Neruor. Thorac. et Abdom. Tab. I. Fig. 1. et 2.

h) Vid. Eius Defcriptionem Nerui Ifchiadici, quae prodiit Erlangae 1788. in fol. min.

i) Vid.. Eius Kurzen Entwurf. p. 153.

k) Vid. Eius Neurologiam p. 163.

l) Vid. Eius Anatomie des Menfchl. Körp. p. 237.

*) Vid. VIEVSSENII Neurogr. Vniuerf. Tab. XXIX. HAASII Cereb. et Ner. Anat. p. 110. GVENTHERI Kurz. Entwurf. p. 157. vt reliquos taceamus.

m) Vid. Eius Demonftrat. Anat. Pathol. l. c.

**) Coccygeos tres neruos numerabant veteres vt GALENVS in libro de Offibus. RHAZES ad Manfor. Lib. I. E. 4. In fimiis vero obferuatos effe, INGRASSIAS, GALENI interpres, affirmat.

n) Vid. Eius Inftitut. Neurolog. l. c.

o) Vid. Eius Tabul. Neruor. Thorac. et Abd. Tab. I. Fig. 1 et 2.

p) Vid. Loc. cit. Tab. I. Fig. 1. et 2. n. 156. et 159.

***) Vid. Eius Demonft. Anat. Path. Tab. I. Fig. 1. b. e. d. 6.

*) Vid. Eius Cerebr. et Neruor. Anatom. p. 108.

q) Vid. Eius Neurolog. p. 163. §. 227.

SECVNDVM PAR SACRALE in eadem Tabula et Figura n. 31. exprimitur et antecedente tenuior, quoad vero ramorum diſtributionem maioris eſt ambitus. Quatuor ad neruum intercoſtalem augendum emittit neruulos, quorum tres ſuperiores 161. 162. 163. minores ſunt, quartus vero vel inferior maior eſt 167. CAMPERVS [r] duos tantum, ad ganglion ſacrale tertium migrantes, depictos dedit. Propter hanc, cum neruo intercoſtali factam anaſtomoſin, ſimul cohaeret cum ſacrali primo, etſi haud negamus, aliam adhuc cohaeſionis rationem eſſe obſeruandam. Quod vero ad communicationem eius cum pari ſacrali tertio attinet, multiplex eſt et dictu difficilis, ſed deſcriptionem eius experiemur. Primus ramus anaſtomoticus 393. ſatis craſſus longuſque eſt, et antequam tertio pari inſeratur, ſe coniungit cum ramo anaſtomotico tertio 395. Secundus anaſtomoticus 394. admodum tenuis et breuis, ſtatim tertium par lumbale adit. Tertius anaſtomoticus 395. primo quoad craſſitiem et longitudinem fere ſimilis, antequam primo anaſtomotico augeatur et lumbali tertio implantetur, exhibet ramulum 396. ad formandum neruum iſchiadicum, et neruum cutaneum natium ſuperiorem componendum, quem WALTERVS [s] primam radicem vocat, neruo iſchiadico a ſacrali ſecundo datam. Secundus ramus, vel, vt cum WALTERO loquamur, ſecunda radix 397. quae iſchiadico a ſacrali noſtro porrigitur, exigua et breuis eſt atque ſtatim cum radice tertia 398. ſatis longa et craſſa, in vnum principalem neruum confluit, qui, breui facto itinere, trunco nerui iſchiadici inſeritur. Ex his igitur apparet, triplici modo noſtrum par cum tertio ſacrali coniunctum eſſe, et radices tres ad augendum neruum iſchiadicum ſpargere. Clarum quoque eſt, par noſtrum ſecundum, quod ad hanc anaſtomoſin et ramorum diſtribuendorum rationem attinet, a ſacrali primo mirum in modum differre, etſi contendimus, adhuc aliis rationibus diſtribui poſſe, vt hoc ex comparatis aliorum virorum ſcriptis ſatis liquet. Praeter hos ramos, in medium prolatos, ex ſacrali noſtro inter radicem ſecundam et tertiam nerui iſchiadici, neruus cutaneus natium medius egreditur, 400. qui longum iter ad mediam natium cutim facit ibique duobus ſurculis terminatur [t]. In hoc vero itinere, paulo poſt eius originem, ramulum porrigit 403. neruo cutaneo natium ſuperiori, ex quo, et ex alio augmento 401. de quo ſupra differuimus, quod ex prima radice, a ſacrali noſtro neruo iſchiadico data, prouenit, ortum ſuum trahit neruus cutaneus natium ſuperior. Hac igitur ratione compoſitus 404. longe decurrit ad cutim, quae ſuperiorem partem muſculi glutei maximi tegit, ibique finitur. Emiſſis his ramis par noſtrum ſecundum finitur. Celebb. Viri CAMPERVS [u], HAASIVS [v], WRISBERGIVS [w] et non nulli alii praeter ramos, a nobis deſcriptos, alium et inſignem ex ſacrali noſtro vel ex parte, vel ex toto deriuant, quem neruum pudendum nuncupant et ex quo pudendus ſuperior et inferior prouenit. Sed neque HALLERVS [x], neque MARTINVS [y], neque WALTERVS [z], neque GVENTHERVS [a] huius mentionem faciunt. Et nos, qui in conficienda icone, Tab. I. Fig. 2. data, WALTERVM ſecuti ſumus, in hac, cum iam in Tab. I. Fig. 1. n. 9. depictus occurrat, ab eius delineatione abſtinuimus, haud inſcii, interdum ex noſtro ſacrali pudendum illum neruum, ſaltim radicem eius primam, oriri. Quidquid igitur de hoc nobis dicendum eſt, infra expoſituri ſumus. Cel. COOPMANS [b] tandem ramum vidit ex hoc pari ſacrali prouenientem, cui alter ramus, ex tertio et quarto pari vnitus, accedebat; qui rami inter ſe coniuncti formabant plexum, ex quo fibrillae nerueae demittebantur ad veſicam vrinariam, veſiculas ſeminales, muſculos ani, muſculum coccygeum et erectores penis. Sed progredimur ad

TERTIVM PAR SACRALE in eadem Tabula et Figura, numero vero 32. repraeſentatum. Antecedente gracilior eſt, inter reliquos vero copioſiores emittit ramos. Cohaeret cum neruo intercoſtali ope quinque ramulorum anaſtomoticorum. Primus eorum 169. ex duabus radicibus oritur, quae vero ſtatim in vnum et breuem trunculum colliguntur, cuius ope neruus ille ſympathicus augetur. Secundus 39. ſimplex eſt et antecedente longior atque eiuſdem nerui ganglion ſacrale tertium, vt vocant, adit. Tertius 168. ſatis longus craſſuſque aſcendit et ſupra originem noſtri paris cum trunco intercoſtalis coniungitur. Quartus 40. ad ganglion ſacrale tertium eiuſdem nerui migrat. Quintus 45. denique inter omnes longiſſimus ad eiuſdem nerui ganglion ſacrale quartum proficiſcitur. Quum vero ramuli hi, ex noſtro pari exorti, cum illis, ex antecedente pari enatis, ita inter ſe coniungantur, vt truncum quaſi nerui intercoſtalis conſtituant et repraeſentent, intellectu facile eſt, quanam ratione noſtrum par cum pari ſacrali ſecundo copuletur. Quum porro eadem fere nerui intercoſtalis conſtituendi ratio inter par noſtrum et par ſacrale quartum intercedat, exinde ſatis liquet, noſtrum par etiam cum illo eſſe coniunctum. Sed praeter hos ramulos anaſtomoticos alii adſunt, noſtrum par cum ſacrali ſecundo copulantes. Paulo ante enim tres deſcripſimus ramos haud exiguos, 393. 394. 395. a ſecundo pari ad noſtrum deſcendentes, quorum ope noſtrum par cum illo arctiſſime connectitur. Sic quoque alius reſtat ramus 427. noſtri paris, qui cum quarto ſacrali, vt WALTERVS demonſtrat [*] pluſculas anaſtomoſes init. Sparſis hiſce ramulis et ramis anaſtomoticis, truncus, ſiue maxima paris noſtri pars ad augendum neruum iſchiadicum deſcendit et quintam eius radicem conſtituit, cum qua formando plexui iſchiadico, vt vocant, haud parum tribuit. In hoc vero itinere ab interno ſuo latere numeroſos ſpargit ramos, qui vel ſinguli, vel cum aliis coniuncti, vel ex toto, vel ex parte, plexus formant, qui ſub nominibus plexus hypogaſtrici magni, ſeu primi; minoris, ſeu ſecundi; reticularis, ſeu tertii; reticularis, ſeu quarti; vel plexus perinaei veniunt, et nunc accuratius ſunt deſcribendi. Primus eius ramus 405. vt omnes reliqui, praecipua gaudet longitudine, et primus ramus hypogaſtricus eſt, qui ad componendum plexum hypogaſtricum tertium, ſeu reticularem, ex cauitatis peluis infima parte paululum aſcendit [c]. Secundus ramus 406. ramus hypogaſtricus ſecundus eſt. Coniungitur cum ramo primo et tertio 407. et paulo poſt in duos ramulos diuiſus, non nullis ſurculis ad eundem plexum migrat [d]. Tertius ramus 407. hypogaſtricus tertius eſt et cum ſecundo coniunctus biſurcatur. Vnus eius ramulus ad eundem plexum abit, cum alter contra duobus filamentis plexui minori, ſeu ſecundo hypogaſtrico inſeratur [e]. Quartus ramus 408. breuis et quartus hypogaſtricus eſt atque ſtatim cum hypogaſtrico quinto 409. confluit. [f] Quintus ramus 498. radicem primam nerui perforantis quarti conſtituit, cuius infra mentionem facturi ſumus [g]. Sextus ramus 476. aſſumto ſocio 477. ad leuatorem inteſtini recti proficiſcitur, ibique quinque, vel ſex ramulis finitur [h]. Septimus ramus 411.

E 2 ſextum

r) Vid. Eius Demonſtr. Anat. Path. in Explicat. Tab. Prim. Fig. 2. Lit. g. h. p. 20. Et Tab. noſtram I. Fig. 1. Lit. g. h. f.

s) Vid. Eius Tab. Neru. Thorac. Explicationem Tab. I. Fig. 1. et 2. n. 396.

t) Vid. Eius Tab. Neruor. Thor. Tab. I. Fig. 1. 400.

u) Vid. Eius Dem. Anat. Path. p. 7. et 20. Vid. quoque Tab. noſtr. I. Fig. 1. n. 9.

v) Vid. Eius Cereb. et Neruor. Anat. p. 108.

w) In Nota ad Prim. Lin. Phyſ. HALLERI a 1780. edd. p. 479.

x) Vid. Eius Element. Phyſ. p. 253.

y) Vid. Eius Inſtitut. Neurol. p. 234.

z) Vid. Eius Tab. Neruor. Thor. Tab. I. Fig. 1. et 2.

a) Vid. Eius Kurzen Entwurf. p. 154.

b) Vid. Eius Neurolog. p. 164.

*) Vid. Eius Tab. Neruor. Thor. et Abdom. Tab. I. Fig. 1. n. 427. 427.

c) Progreſſum huius egregie monſtrat WALTERVS l. c. n. 405. 405. 405. 405. 405.

d) Progreſſum eius Vid. l. c. n. 406. 406. 406. 406.

e) Progreſſum eius Vid. l. c. n. 407. 407.

f) Progreſſum eius et anaſtomoſin Vid. l. c. n. 408.

g) Deſcenſum eius et anaſtomoſin Vid. l. c. n. 498. 494.

h) Progreſſum, anaſtomoſin et vltimum terminum Vid. l. c. n. 476. 477. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483.

ſextum ramum hypogaſtricum conſtituit et in tres ramulos diuiditur, quorum ſuperior ad minorem plexum hypocaſtricum; medius ad maiorem et inferior ad inteſtinum rectum tendit atque in eius tunica neruea, vt vocant, euaneſcit [i]. Octauus ramus 409. quintus hypogaſtricus eſt et ſtatim, vt ante demonſtrauimus, cum quarto 408. anaſtomoſin init. Qua facta ad minorem plexum hypogaſtricum aſcendit, ſed, antequam huic inſeratur, nouam anaſtomoſin cum ramo hypogaſtrico tertio 407. facit [k]. Nonus ramus 477. coniungitur, vt ante oſtendimus, cum ramo ſexto 476. et neruum conſtituit leuatoris inteſtini recti muſculi. Apud Cel. WALTERVM [l] leuis, ex noſtra quidem ſententia, error occurrit. Etſi enim ex tertio noſtro pari exortum eum depinxit, tamen in explicatione Tabulae primae ramum ſacralis paris quarti eum vocat. Forſan vero incuria ſculptoris hunc ſagacem Virum ſeduxit; artifex enim in Figura prima Tabulae primae originem huius ex tertio ſacrali noſtro tractam numero 422. ſignauit; qui numerus, vt ex eiuſdem Tabulae explicatione apparet, truncum notat paris ſacralis quarti. Porro hunc, in ſuo principio numero 422. ſignatum ramum, in progreſſu et haud procul quidem ab origine ſua numeris 477. 477. notauit. In Figura tandem ſecunda eiuſdem Tabulae, cuius litterae et numeri, quod ad deſignatos neruos lumbales et ſacrales attinet, iis, in prima figura vſurpatis, accurate ceteroquin reſpondent, originem huius rami numero 477. notauit. Sed haec in tranſitu dicta ſunto. Decimus ramus 412. ſeptimum ramum hypogaſtricum conſtituit et in duos ſecedit ramulos. Vnus ad plexum hypogaſtricum minorem tendit; alter vero, cum eodem plexu coniunctus, duobus ſurculis partim in vagina recti, vel in viris in veſiculis ſeminalibus et glandula proſtata, partim in veſica vrinaria terminatur [m]. Vndecimus ramus 415. hypogaſtricum octauum conſtituit. Anaſtomoſium non nullarum ope cum ramo nono et decimo hypogaſtrico 417. 418. quid? quod cum pari ſacrali quarto coniungitur et plexum hypogaſtricum maiorem adit [n]. Ramum hunc in Cel. WALTERI Tabulis artifex in Figura ſecunda Tabulae primae numero 415. notauit et WALTERVS in explicatione ſua hunc vocauit ſurculum, ad veſicam vrinariam ambulantem; cum contra idem ramus in Figura prima eiuſdem Tabulae ab artifice numero 416. ſignatus et a WALTERO ramus hypogaſtricus octauus appellatus ſit. Factum exinde eſt, vt ramus hic octauus in explicatione Figurae ſecundae minus recte deſideretur. Duodecimus ramus 506. neruus muſcularis eſt et paulo poſt originem in duos ſecedit ramulos. Vnus eorum a ſurculo anaſtomotico rami quinti 498. auctus, ad muſculum ſpinoſo-ſacrum et ad ligamentum ſpinoſo-tuberoſo-ſacrum deſcendit: alter, qui in icone noſtra 510. 510. 510. ſeorſim ex pari noſtro ſacrali oritur, eaſdem quidem partes adit, ſed antecedente numeroſiores ſurculos ſpargit [o]. Decimus tertius ramus 417. nonus neruus hypogaſtricus eſt et ſtatim cum ſequente in vnum neruum confluit. Decimus quartus ramus 418. decimum neruum hypogaſtricum conſtituit et antecedenti vnitus tres emittit ramulos. Primus eorum ad vaginam tendit et in eius membrana interna finitur; ſecundus anaſtomoſin cum tertio init; qua facta ad plexum maiorem hypogaſtricum proficiſcitur; tertius elegantem praebet ſurculum communicantem neruo vterino 472. quo exhibito ad eundem plexum hypogaſtricum migrat [p]. Decimus quintus ramus 511. in muſculo ſpinoſo-ſacro et ligamento ſpinoſo-tuberoſo-ſacro euaneſcit [q]. Decimus ſextus ramus 531. truncus neruorum haemorrhoidalium et inter omnes craſſiſſimus omnino eſt atque mox in tres diuiditur ramos. Primus in quinque ramulos finditur, quorum tres ſuperficiales ſunt et in muſculo ſphinctere inteſtini recti externo, ſphinctere interno et cute orificii ani terminantur; duo vero reliqui profundiores ſunt et in muſculo ſphinctere ani externo, interno, et membrana interna, ſeu neruea inteſtini recti conſumuntur. Secundus ramus haemorrhoidalis trunci in duos ſecedit ramulos, quorum primus in ſphinctere ani interno et in cute ani finitur; alter ſtatim in duos ſurculos ſecedit cutaneos, qui partim in cute perinaei, partim in cute, paululum ab orificio ani remotiori, ceſſant. Hunc igitur WALTERVS [r] neruum cutaneum ani et illum neruum cutaneum perinaei nuncupauit. Tertius haemorrhoidalis trunci ramus in tres abit ramulos, quorum primus cutaneus ani et perinaei eſt; ſecundus in cute perinaei finitur; tertius tandem in duos ſecedit ſurculos, quorum vnus in viris ad ſcroti cutaneam partem, in feminis vero prope infimam labiorum pudendorum externorum partem ceſſat; alter nonnulla filamenta ad ſuperiorem vel ſcroti, vel labiorum externorum partem mittit, et exhibito adhuc alio, ad montem Veneris aſcendente filamento, finitur [s]. Decimus ſeptimus ramus. ☾. ligamentoſus eſt; breui enim itinere facto, in ligamento tuberoſo-ſacro terminatur [t]. Decimus octauus ramus 472. inſignis eſt et neruus vterinus eam ob cauſam appellatur, quoniam maiore ex parte ad vterum tendit. Poſt originem ſurſum cum arteria vterina dirigitur et anaſtomoſin init cum ramo ſupra deſcripto, 418. decimo quarto, qui hypogaſtricus ramus decimus eſt. Qua facta diuiditur in duos ramulos, quorum vnus tribus quatuorue ſurculis in corpore et fundo vteri euaneſcit, vel in viris glandulam proſtatam et veſiculas ſeminales adit; alter vero, in duos ſurculos diuiſus, multis filamentis in ſuperiore parte veſicae vrinariae terminatur [u]. Propter inſertionis rationem ſurculi hi veſicales ſuperiores vocantur. Decimus nonus ramus 560. breuis eſt et anaſtomoticus. Deſcendit enim et ſe coniungit cum ramulo quodam pudendo nerui pudendi 553 [v]. Vigeſimus ramus 551. pudendalis eſt, et facta anaſtomoſi cum ramo quodam nerui pudendi 553. in parte infima vel ſcroti, vel labiorum pudendorum externorum finitur [w]. Vigeſimus primus ramus 552. pudendalis quoque eſt. Coniungitur cum neruo pudendo 553. et deinde in duos diuiditur ramulos, qui ſex, vel ſeptem ramulis in laterali parte cutis perinaei et infima regione labiorum externorum finiuntur [x]. Vigeſimus ſecundus 513. Vigeſimus tertius 514. Vigeſimus quartus 515. ramus format quaſi ganglion, ex quo neruus oritur clytorideus, ſeu pudendus ſuperior. Ex tribus itaque radicibus compoſitus eſt neruus clytorideus, et haud procul ab origine ſua in tres finditur ramos, qui vero, breui itinere facto, in duos colliguntur. Ex his quinque proueniunt ramuli, qui, ad partes pudendas profecti, tres quatuorue ſpargunt ſurculos, qui ad interiorem partem labiorum maiorum et labiorum minorum, ad aperturam vretrae externam, vbi carunculae ſic dictae, myrtiformes anteriores collocatae ſunt et ad partem inferiorem montis Veneris proficiſcuntur. Emiſſis vero hiſce ſurculis ramuli illi quinque in vnum communem et elegantem truncum confluunt, qui partim ſupra corpora cauernoſa clytoridis, vt vocantur, ad eius glandem et praeputium tendit, partim ad ſupremam partem nympharum et ad ipſum montem Veneris dirigitur ibique finitur [y]. Vigeſimus quintus ramus 553. neruus pudendalis eſt et quando ſeſe coniunxit cum ramo vigeſimo, 551. qui etiam

i) Progreſſum huius Vid. l. c. n. 411. 411. r.

k) Coniunctionem eius et progreſſum Vid. l. c. n. 419.

l) Vid. Eius Explicationem l. c. Tab. I. Fig. 1. n. 477.

m) Diuiſionem eius et diſtributionem Vid. l. c. n. 412. 412. 413. 414. 415.

n) Progreſſum eius et anaſtomoſes Vid. l. c. n. 416.

o) Diuiſionem, anaſtomoſin, et vltimum eius terminum Vid. l. c. n. 506. 507. 507. 508. 508. 509. 510. 510. 511. 511.

p) Diſtributionem eius Vid. l. c. n. 418. 419. 420. 421.

q) Progreſſum eius Vid. l. c. n. 511. 511.

r) Vid. Eius Tab. l. c. n. 543. 543. 543. 542. 542. 542. 542.

s) Inſignem eius diſtributionem Vid. l. c. n. 531. 532. 533. 534. 535. 535. 535. 536. 536. 536. 537. 537. 537. 538. 538. 538. 539. 539. 539. 540. 540. 540. 540. 541. 541. 542. 542. 542. 542. 543. 543. 543. 544. 544. 544. 544. 545. 545. 545. 546. 546. 546. 547. 547. 547. 548. 548. 549. 549. 549. 550.

t) Vltimum eius terminum Vid. l. c. Sign. ☾.

u) Progreſſum et diſtributionem eius Vid. l. c. n. 472. 472. 472. 472. 473. 473. 473. 473. 474. 474. 474. 474. 474. 474.

v) Deſcenſum et eius anaſtomoſin Vid. l. c. n. 569. 569. 558.

w) Progreſſum eius Vid. l. c. n. 551. 554. 555. 555. 555. 555.

x) Progreſſum eius Vid. L. c. n. 552. 556. 556. 556. 556. 557. 557.

y) Progreſſum et ſingulares huius diuiſiones Vid. L c. n. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530.

etiam pudendalis eſt, in tres abit ramulos. Primus ramulus ad cutim perinaei et labiorum externorum, ſeu ſcroti in muſculino ſexu proficiſcitur ibique quinque, vel ſex ſurculis deſinit. Secundus ramulus, cum primo vario modo coniunctus, ſpargit ſurculos, qui partim in laterali cutis natium parte, vbi ea verſus pudenda ſeſe reuoluit, terminantur; partim vero in cute perinaei et pudendorum externorum euaneſcunt, partim denique in cute ani, perinaei et regione pudendorum externorum ceſſant. Tertius ramulus anaſtomoſin init cum decimo ſexto ramo 531. quem haemorrhoidalem neruum vocauimus; qua facta, in infima et laterali parte cutis natium, vbi ea verſus anum continuatur, non nullis ſurculis conſumitur [z]. Vigeſimus ſextus 571. ramus primam radicem: Vigeſimus ſeptimus ramus 572. ſecundam: Vigeſimus tandem octauus ramus 573. tertiam radicem nerui pudendalis inferioris, ſeu longi conſtituit. Confluunt inter ſe et neruum haud exiguum formant, qui, breui itinere facto, in quinque abit ramulos. Primus eorum in duas partes, per anaſtomoſin inter ſe coniunctas, diuiſus, ſex circiter ſurculis in cute natium atque regione ani terminatur. Secundus in cute ani, perinaei et lateralis partis vel labiorum externorum, vel ſcroti multis ſurculis finitur. Tertius inter reliquos longiſſimus eſt et mox in duos ſecedit ſurculos, quorum vnus breuis et cutaneus ani eſt, alter vero, longior, in tria finditur filamenta. Primum eius filamentum muſculare eſt; in muſculo enim erectore clytoridis, anaſtomoſi cum ſecundo ramulo rami vigeſimi quinti 553. facta, conſumitur. Secundum filamentum cuti infimae et exteriori labiorum pudendorum, vel ſcroti proſpicit. Tertium filamentum multis fibrillis in cute partis mediae atque ſupremae labiorum externorum, vel ſcroti euaneſcit. Quartus ramulus in cute ani et perinaei octo vel nouem ſurculis conſumitur. Quintus denique ramulus, in duos ſurculos diuiſus, multis filamentis in cute infima et interiori natium terminatur [a]. Quum vero neruus hic pudendus inferior, ſeu longus tres ſuas radices ex eo ipſo loco trahat, vbi truncus paris noſtri ſacralis tertii cum neruo iſchiadico coniungitur, Viri illi non taxandi ſunt, qui hunc pudendalem a plexu iſchiadico, id eſt, ab eo ipſo loco, in quem omnes iſchiadici radices ad vnum et integrum truncum componendum confluunt, deriuant. Caeterum in ramis, ex ſacrali noſtro prouenientibus, plures diuerſitates dari, non negamus; quarum vero omnium mentionem facere neque iuuat, neque lubet. Obſeruationibus igitur et antiquorum et non nullorum recentiorum auctorum relictis, quae praeterea non raro nudae et mancae ſunt, quaedam de varia origine et diſtributione inſignis nerui illius pudendi in medium proferemus. Cel. Campervs [b] ſingulari cum ſtudio et ſagacitate in hunc inquiſiuit et iconem eius ex cadauere maſculino confecit, quam propter elegantiam, concinnitatem et ſexus differentiam tractationi noſtrae inſeruimus. Tab. I. Fig. 1. Exoritur vero neruus ille pudendus communis apud hunc auctorem, vt ſupra iam monuimus, ex ſecundo et tertio ſacrali Tab. I. Fig. 1. n. 9. 10. et ſub ligamento ſacro iſchiadico incedit, reintrat vero ſubito peluim et muſculo obturatori interno inſignem ramum largitur, exigit quoque alios, qui coccygeo, leuatori et reliquis ani et perinaei muſculis neruos tribuunt. Deinde pudendus in duos diuiditur ramos, quorum inſignior, qui ſuperior, vel dorſalis eſt, ad arcum oſſis pubis progreditur, vt penem in viris, clytoridem in feminis adſcendat atque iuxta eius dorſum verſus glandem proficiſcatur, cui, vt et cuti vicinae ac praeputio neruos quam plurimos dat. Alter eiuſdem nerui ramus muſculo erectori penis proſpicit atque ramum ſingularem demittit inter corpus cauernoſum penis et vrethrae bulbum, qui acceleratori vrinae muſculo, colis parti inferiori eiuſque cuti et praeputio neruos exhibet, etiam cum neruo inguinali, ſupra deſcripto, cohaeret. Hic, propter ſitus rationem inferior nuncupatus, variis modis, vt nerui ſolent, extrorſum procedit, aliquando ramo vno inferiori, aliquando binis, vno ſcilicet inter tranſuerſum perinaei et acceleratorem muſculum, altero infra tranſuerſum ſparſo: vniuntur tamen hinc inde inter ſe, quamuis plerumque vnus ad colis extremam partem pertineat, alter vero in media deſinat, et muſculis perinaei tranſuerſis neruos largiantur. Caeterum a pudendo communi ramus adhuc profundior exoritur, qui in ſphinctere veſicae muſculo et in bulbo vrethrae diſtribuitur. Hiſce obſeruationibus plus minuſue reſpondent illae Virorum Celeberrimorum Evstachii [c], Halleri [d], Sabatier [e], Haasii [f], Wrisbergii [g] et Coopmans [h]. Diuerſitates vero, apud hos obuias, quum leuioris momenti ſint, tranſimus. Progredimur potius ad deſcribendum

QVARTVM PAR SACRALE in Tabula I. Fig. 2. n. 33. et Fig. 1. n. 21. depictum. Antecedentibus tenuius quidem eſt, numeroſos tamen ramos ſpargit. Cohaeret cum neruo intercoſtali et praecipue cum ganglio ſuo quarto ſacrali, in dextro latere poſito, ope vnius ramuli anaſtomotici 46; in ſiniſtro vero tres radices β. β. 27. depinximus, quae intercoſtalem ſiniſtrum augent. Praeter has anaſtomoſes alias init cum ſacrali tertio et quinto; quum vero plerumque rami, ex ſacrali noſtro orientes, rarius truncus ipſe, cum illis ſacralibus coniungatur, harum anaſtomoſium tunc, ſi pluribus de ramis illis diſputaturi ſumus, mentionem faciendi nobis animus eſt. Perſequimur potius truncum, qui varios et notatu dignos ſpargit ramos. Primus eius ramus 484. inſignis eſt et a Waltero [i] ex noſtra quidem ſententia eam ob cauſam minus recte truncus nerui quarti paris ſacralis nominatur, quia truncus ex trunco egredi nequit, et praeterea facile cum trunco ſacrali, ex quo oritur, confundi poteſt. Quae cum ita ſint, tres ſiſtit ramulos, quos ille auctor perforantes, ſiue haemorrhoidales externos nominat. Primus eius ramulus primus neruus perforans, ſiue haemorrhoidalis externus eſt, et in duos diuiditur ſurculos, quorum vnus internus 486. ad inteſtinum rectum mittitur; alter 489. vero externus vna cum interno muſculum ſpinoſo-coccygeum et ligamentum ſpinoſo-ſacrum perforat, et ad ſphincterem muſculum ani internum et externum atque cutim, ſupremam, mediam et exteriorem ani regionem tegentem, proficiſcitur [k]. Praeter duos hos ſurculos ex perforante primo duo alii proueniunt, quorum vnus 48. 49. in ligamento ſpinoſo-ſacro euaneſcit, alter vero 50. 50. anaſtomoſin init cum neruo ſacrali quinto, ſeu vltimo. Secundus ramulus 490. rami primi 484. perforans, ſeu haemorrhoidalis externus ſecundus eſt et mox in duos ſecedit ſurculos. Vnus 491. cutaneus eſt, qui perforat ligamentum et muſculum ſpinoſo-ſacrum atque in cute oſſis coccygis terminatur. Alter 492. muſculo-ligamentoſus eſt, qui in muſculo et ligamento ſpinoſo-ſacro ceſſat [l]. Tertius ramulus 493. perforans, ſeu haemorrhoidalis externus tertius eſt et cum quarto eiuſdem nominis ex communi trunculo 485. oritur. Ex duobus ſurculis, in quos diuiditur, vnus pari modo muſculum et ligamentum ſpinoſo-ſacrum penetrat, cutaneus euadit, anaſtomoſin init cum perforante ſecundo, et tandem tribus filamentis paulo ſuperius et exterius in cute oſſis coccygis finitur; alter ad muſculum ſpinoſo-

ſacrum

z) Progreſſum et diſtributionem eius Vid. l. c. n. 553. 558. 558. 558. 558. 558. 559. 559. 560. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 568. 568. 568.

a) Progreſſum et diſtributionem eius Vid. l. c. n. 570. 571. 572. 573. 574. 574. 574. 574. 575. 575. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 585. 585. 585. 586. 586. 586. 586. 587. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 598. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 611. 612. 613. 614.

b) Vid. Eius Demonſtrat. Anat. Patholog. p. 7. Tab. I. Fig. 1 et 2.

c) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. XXI. N. 2. K.

d) Vid. Eius Element. Phyſ. Tom. IV. p. 253.

e) Vid. Eius Traité Complet d'Anatom. Tom. III. 321.

f) Vid. Eius Cerebr. et Neru. Anatom. p. 108. 109.

g) In Not. ad Prim. Lin. Phyſ. Halleri. Ed. 1780. p. 479.

h) Vid. Eius Neurolog. p. 173.

i) Vid. Eius Tabul. Neruor. Thor. in Explicat. Tab. I. Fig. 1 et 2. p. 177.

k) Vid. Walteri Tabulas Neruor. Tab. I. Fig. 1. n. 484. 485. 486. 486. 486. 487. 488. 489. 489.

l) Progreſſum eius Vid. l. c. n. 490. 491. 491. 491. 491. 491. 492. 492. 492.

facrum et fpinofo - coccygeum migrat ibique finitur [m]. Secundus ramus trunci facralis noftri paris 499. fecundam conftituit radicem nerui perforantis, feu haemorrhoidalis externi quarti, prima radice, 498. vt fupra iam monuimus, ex neruo facrali tertio tracta. Confluunt nunc inter fe et neruum perforantem quartum formant 500. qui ftatim in duos fecedit ramulos, quorum vnus inferior eft 501. et in cute, quae lateralem partem mufculi glutei maximi obtegit, vbi ille offi coccygis adhaeret, terminatur; alter, 502. fuperior, afcendit et quaqua verfus in cute finitur, quae mufculum gluteum maximum tegit, vbi ille tertiae, quartae et quintae vertebrae fpuriae offis facri adhaeret [n]. Emiffis his duobus ramis, facralis nofter quatuor vel quinque ramulos anaftomoticos, a ramo 427. paris facralis tertii et alium a ramo hypogaftrico nono et decimo 117. 118. eiufdem facralis, vt fupra iam monuimus, accipit; quas vero anaftomofes in icone noftra, trunco huius facralis refecto, cernere non licet [o]. His auctus truncus nofter vltra progreditur et tertium ramum fpargit, qui duobus ramulis ad inteftinum rectum ambulat ibique finitur [p]. Quartus denique ramus ad vaginam vteri tendit et in ea ceffat [q], atque hac ratione quartum par facrale abfoluitur. Verum enim vero cum praeprimis par facrale tertium et quartum vna cum neruo intercoftali dextri et finiftri lateris plexus, fupra iam nominatos, hypogaftricos formet, intellectu facile eft, ex his plures adhuc neruos ad partes, in pelui pofitas, proficifci, quos vero, quum extra limites tractationis noftrae pofiti fint, taciti praeterimus. Quod vero ad diuerfitates huius paris eiufque ramorum attinet, notandum eft, quo copiofiores rami tertii facralis funt, eo pauciores quarti facralis ramos euadere et vice verfa: porro ramum illum, qui in feminis ad vaginam vteri tendit, in viris haud raro ad veficam vrinariam proficifci et neruos veficales inferiores augere. Caeterum leues illas varietates, quae apud WILLISIVM [r], WINSLOVIVM [s], SABATIER [t] et alios faepe laudatos viros hinc inde occurrunt, relinquimus, potius progredientes ad

PAR SACRALE QVINTVM, feu VLTIMVM, in eadem Tabula et Figura, n. 34. et Fig. I. n. 25. repraefentatum. Inter omnia facralia graciliffimum, et, vt HALLERVS [t] affirmat, primo ceruicali pari tenuius eft, vnde mira ramorum raritas. Quum ramulum ad ganglion facrale quintum mittat, 58. cum neruo intercoftali coniunctum eft. Connectitur quoque cum facrali quarto ope furculi communicantis 50. 50. quem, vt paulo ante demonftrauimus, neruus perforans primus, feu ramus facralis quarti primus huic exhibet. Anaftomofibus hifce factis trunculus noftri paris 503. verfus infimam peluis partem defcendit et duos dimittit ramulos, quorum primus, vel fuperior 505. vno filamento anaftomofin init cum trunculo, ex quo enatus erat, tribus vero aliis filamentis 51. 52. 53. in mufculo et ligamento fpinofo-coccygeo terminatur: alter, fiue inferior, duobus filamentis 54. 55. eafdem partes adit. Trunculus denique ipfe 56. in iifdem partibus ceffat et hac ratione finitur. Quum vero par noftrum minoris ambitus fit, aut paucas, aut fere nullas eius diuerfitates dari, intellectu facile eft, etfi, quae apud HAASIVM [u], GVENTHERVM [v] aliofque leguntur, noftram quidem fententiam probare non videntur, quum auctores hi affirment, noftrum par eafdem fere partes adire, quas par facrale quartum adiit; attamen hoc rarius et tunc demum fit, quando paria, facrale tertium et quartum, exigua funt et rariores ramos fpargunt; vel quando vel hoc, vel illud, vt MONROVS [w] obferuauit, in cadaveribus plane defideratur. De reliquis leuioris momenti difcrepantiis, quarum MONROVS [x], CAMPERVS [y] et COOPMANS [z] mentionem faciunt, ftudio tacemus.

Quod vero ad NERVOS SACRALES POSTERIORES attinet, de his pauca quaedam adhuc nobis funt repetenda. Supra fcilicet iam demonftrauimus, vnumquemque neruorum facralium diuidi in partem anteriorem et pofteriorem. De anterioribus hucufque fermo fuit, de pofterioribus nunc eft agendum. Per foramina offis facri pofteriora prodeunt, membranam perforantes, quae ea inueftit, et foras egreffi ii inter fe coniunguntur. Eorum numerus anteriorum facralium numero aequalis; magnitudo vero, cum tenuiores fint, admodum ab illorum magnitudine differt. Apud auctores, anteriorum facralium mentionem facientes, etiam pofteriorum plerumque defcriptio occurrit, cui hinc inde eorum imagines accedunt, quas inter illae VESALII [a] et EVSTACHII [b] praeftantiores funt. Rami vero, quos fpargunt, vel mufculares, vel cutanei funt. Mufculares ad mufculum multifidum fpinae, latiffimum dorfi, facrolumbalem, gluteum maximum et fphincterem ani externum proficifcuntur, quum rami cutanei vel hunc, vel illum mufculum penetrent et in cute, partem dorfi inferiorem et clunes tegente, terminentur. Quod ad mufculares attinet, eos in iconibus noftris Lectores defiderabunt, quum contra plures cutaneos opportunitatis caufa delineatos et Tab. II. et III. Fig. 2. n. 506. 511. 516. 521. repraefentatos, inuenturi fint. Inter hos ille n. 506. fignatus, a facrali fecundo oritur, verfus mufculum gluteum maximum migrat et duos exhibet ramulos. Vnus eorum 507. in cute, gluteum medium tegente, ceffat, alter 508. duobus furculis 509. 510. in adipe, mufculum gluteum maximum muniente, finitur. Ramus 511. originem fuam a facrali tertio trahit et mox in duos ramulos diuiditur, quorum fuperior 512. duos furculos adipi largitur, quum inferior 513. vno furculo 114. in cute finiatur, altero vero 515. fefe cum facrali quarto coniungat. Ramus, numero 516. notatus, a facrali quarto prouenit et duos fpargit ramulos. Superior 519. anaftomofin init cum antecedente, inferior 517. in adipe ceffat; deinde ramus 516. ipfe duobus furculis 520. 521. in membrana cutis adipofa finitur. Ramus denique numero 522. fignatus et a facrali quinto ortus, verfus inferiorem mufculi glutei maximi regionem defcendit, quum antecedentes partem eius fuperiorem et mediam occupent. Duos mox exhibet ramulos, quorum fuperior 523. bifurcatus vnum furculum 524. edit, qui duobus filamentis 525. 526. partim adipi inferitur, partim cum furculo altero anaftomofin init; alter furculus 527. in duo filamenta fecedit, et vno 528. in adipe ceffat, altero vero 529. cum paris lumbalis primi ramulo coniungitur. Inferior ramulus 530. noftri rami 522. bifurcatus quoque eft, et vnum furculum 531. in duo filamenta diuifum 532. 533. adipi dat; alterum vero 534. in duo filamenta fecedentem, 535. 536. et cuti et membranae eius adipofae exhibet. Sed haec de neruis facralibus pofterioribus fatis dicta funto. Reftant adhuc defcribendi

NERVI

m) Diftributionem eius Vid. l. c. n. 493. 494. 494. 494. 495. 496. 497.

n) Progreffum eius Vid. l. c. n. 499. 499. 501. 501. 501. 501. 501. 502. 502. 502. 502. 502.

o) Has anaftomofes Vid. l. c. n. 428. 417. 418.

p) Originem et progreffum eius Vid. l. c. n. 424. 424.

q) Originem et progreffum eius Vid. l. c. n. 425. 426. 426.

r) Vid. Eius Tractat. de Neru. l. c.

s) Vid. Eius Expof. Anatom. Tom. III. l. c.

t) Vid. Eius Elementa Phyfiol. Tom. IV. p. 253.

u) Vid. Eius Cerebr. et Neru. Anat. p. 110.

v) Vid. Eius Kurzen Entwurf. p. 157.

w) Vid. Eius Tractat. de Neru. in Not. p. 191.

x) Vid. Eius Tractat. de Neru. p. 195.

y) Vid. Eius Demonftr. Anat. Pathol. Lib. II. p. 8.

z) Vid. Eius Neurolog. p. 164.

a) Vid. Eius Fabr. Corp. Hum. p. 528.

b) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. XXIII. N. 2. Θ. Λ. Ξ. Σ. et Φ.

NERVI COCCYGEI quorum vnum, in duos ramos diuisum, Tab. I. Fig. I. n. 26. depictum dedimus. In animalibus, cauda instructis, plures eorum obseruantur, et quum antiquiores anatomici ex anatomia comparata notionem structurae humani corporis fere semper hauserint, factum est, vt in eorum scriptis horum plures occurrerent. Apud recentiores contra, qui cadauerum humanorum sectionem haud nefariam esse credunt, et experientia edocti sciunt, os coccygis humanum ex paucioribus ossiculis constare, igitur illo in animalibus brutis breuius esse, vel pauciores eorum, vel fere nulli inueniuntur. Qui hos prorsus praetereunt — et plurimi omnino auctores intactos eos relinquunt — sex, vt supra monuimus, sacrales neruos numerant. Qui vero quorumdam mentionem faciunt, — et inter hos Cel. CAMPERVM vocamus [c], — vel vnum, vel duos describunt, igitur vel quinque, vel tantum quatuor numerant sacrales. Oritur quoduis par ex infima medullae spinalis parte et primum sub vltima ossis sacri vertebra spuria et supra primum ossis coccygis ossiculum, ideo ex interuallo, inter hoc et illud os posito, foras egreditur, et omnes partes adit, quas nostrum par sacrale quintum, iam ante descriptum, adiit. Secundum par, quoniam inter primum et secundum ossis coccygis ossiculum prouenit et neruum singularem, etsi paruum, in vnoquoque latere format, CAMPERVS [d] coccygeum nominauit. Secedit in duos ramos, qui mox in musculo leuatore intestini recti et reliquis ani musculis, quid? quod in cute, os coccygis tegente, finiuntur. Caeterum monendum est, neruum hunc neque ganglio, quo prope originem suam omnes descripti spinales nerui gaudent, instructum esse, neque posteriorem, vt vocant, spargere ramum.

NERVVS ISCHIADICVS a VESALIO [e] QVARTVS NERVVS FEMORIS, a VIEVSSENIO [f] CRVRALIS POSTICVS, a BERRETTINO [g] CRVRALIS MAGNVS, a WINSLOVIO [h] et SABATIER [i] SCIATICVS vocatus, a lumbali quarto, quinto et a tribus superioribus sacralibus neruis, vt EVSTACHIVS [k], WINSLOVIVS [l], A. MONROVS [m], HALLERVS [n], SABATIER [o], HAASIVS [p], MARTINVS [q], WALTERVS [r], GVENTHERVS [s], COOPMANS [t], CHESELDEN [u] aliique obseruarunt, plerumque oritur. Sed et aliam originis rationem dari, nonnulli auctores demonstrant. Sic VESALIVS [*] ex quatuor tantum superioribus sacralibus, EVSTACHIVS [v], BERRETTINVS [w], MONROVS [x] et IOERDENS [y] ex quarto et quinto lumbali ac primo et secundo sacrali, CAMPERVS [z] ex quarto et quinto lumbali et quatuor superioribus sacralibus, MONROVS [a] et COOPMANS [*] ex secundo, tertio, quarto, quinto lumbali et primo, secundo et tertio sacrali, et VIEVSSENIVS [b], MONROVS [c] atque LIEVTAVD [d] ex quinto tantum lumbali et tribus superioribus sacralibus, nostrum ischiadicum ortum vel descripserunt, vel depinxerunt. Ex quo apparet, originem eius quarto et quinto lumbali ac primo, secundo et tertio sacrali tractam, vulgarem esse atque consuetam. Siue vero hac, siue illa ratione enatus sit, vel vnum truncum, quem plexum minus recte vocant, vel duos constituit, haud exiguos. Et quum neruus noster satis crassus quid? quod crassissimus et longissimus totius humani corporis sit, et antiquioribus et recentioribus anatomicis, in neruuos inquirentibus, satis notus est. Per interuallum magnum, inter os sacrum et ischiadicum interiectum, et ab incisura ischiadica vocatum, ex cauitate peluis inter musculum pyriformem et geminum egreditur; porro inter tubera ossis ischii et trochanterem maiorem femoris ad longum musculi bicipitis cruris caput progreditur; deinde inter musculum semimembranosum et caput breue bicipitis versus poplitem et suram tendit et ad pedis tandem digitos proficiscitur ibique finitur. Prospicit omnibus femoris et cruris partibus, quibus aut parum, aut nihil nerui hucusque recensiti prospexerunt. Varios igitur in hoc itinere eum exhibere ramos, qui singuli examinandi sunt, intellectu facile est. Sed quum mira quoad eorum originem et distributionem varietas apud neurographos obseruetur, eos, qui de ramis his vel subtilius disputarunt, vel imaginibus accurate eos expresserunt, audire, operae pretium esse ducimus. Relictis igitur illis auctoribus, singulos ramos hos praecipua attentione indignos iudicantibus, illorum ramorum mentionem faciemus, quos icones nostrae sistunt et repraesentant.

TRVNCVS ISCHIADICVS. I. Neruus cutaneus posterior superior, a WALTERO neruus cutaneus gluteus inferior appellatus Tab. I. Fig. 2. n. 380. 380. II. Trunculus communis pro neruo musculi gemini superioris; obturatorii interni; gemini inferioris; et quadrati femoris. n. 381. III. Neruus musculi glutei maximi. Tab. IV. Fig. 2. n. 92. IV. Neruus musculi gemini superioris et inferioris. n. 120. V. Trunculus pro neruo cutaneo interno superiore et capitis longi musculi bicipitis cruris. n. 124. 125. VI. Neruus musculi quadrati femoris. n. 135. VII. Neruus cutaneus internus inferior. n. 136. VIII. Trunculus communis pro neruis musculi adductoris magni ALBINI; semimembranosi; bicipitis et semitendinosi. n. 155. IX. Neruus capitis breuis musculi bicipitis. n. 179. X. Neruus capitis longi musculi bicipitis. n. 194. XI. Neruus cutaneus externus. n. 199. NERVVS PERONEVS. n. 198. I. Neruus capitis breuis musculi bicipitis. n. 228. II. Trunculus communis pro neruo communicante peronei et neruo cutaneo posteriore inferiore externo primo. n. 231. NERVVS PERONEVS SVPERFICIALIS. n. 260. et Tab. IV. Fig. I. n. 260. I. Trunculus communis pro neruo musculi extensoris pollicis proprii, seu longi et peronei antici. n. 261. RAMVS INTERNVS NERVI PERONEI SVPERFICIALIS. n. 268. I. Ramulus metatarsicus internus. n. 271. II. Ramulus metatarsicus externus. n. 281. III. Surculi digitales dorsales. RAMVS EXTERNVS NERVI PERONEI SVPERFICIALIS. n. 289. I. Ramulus

c) Vid. Eius Demonstr. Anatom. Pathol. Lib. II. p. 8.
d) Vid. l. c.
e) Vid. Eius Fabric. Corp. Hum. p. 527. et 550.
f) Vid. Eius Neurogr. Vniuersal. Tab. XXIX. p. 232.
g) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. XIII. XIV.
h) Vid. Eius Expos. Anatom. Tom. III. l. c.
i) Vid. Eius Traité Complet. d'Anatom. Tom. III. p. 322.
k) Vid. Eius Tabul. Anatom. Tab. XX. Nr. 2. p. 120.
l) Vid. Eius Expos. Anat. l. c.
m) Vid. Eius Tractat. de Neruis p. 190.
n) Vid. Eius Elem. Phys. Tom. IV. p. 250.
o) Vid. Eius Traité. Compl. l. c.
p) Vid. Eius Cerebr. et Neruor. Anat. p. 110.
q) Vid. Eius Institut. Neurolog. p. 238.
r) Vid. Eius Tabul. Neruor. Thorac. et Abd. Tab. I. Fig. 1 et 2.
s) Vid. Eius Kurzen Entwurf. p. 157.
t) Vid. Eius Neurolog. p. 156.
u) Vid. Eius Anatomie des Menschl. Körp. p. 237.
*) Vid. Eius Fabr. Corp. Hum. l. c.
v) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. XVIII. n. 51. 50. 45. 46.
w) Vid. Tabul. Anat. Tab. XIII. et XIV.
x) Vid. Eius Tractat. de Neru. p. 191.
y) Vid. I. H. IOERDENS Descriptionem Nerui Ischiadici Icon. illustr. Erlangae 1788. Fol. Min.
z) Vid. Eius Demonstr. Anatom. Pathol. p. 7.
a) Vid. Eius Tractat. de Neru. l. c.
*) Vid. Eius Neurolog. p. 166.
b) Vid. Eius Neurogr. Vniuers. l. c
c) Vid. Eius Tractat. de Neru. l. c.
d) Vid. Eius Zergliederungkunst. p. 178.

lus metatarſicus internus. n. 296. II. Ramulus metatarſicus externus. n. 290. III. Ramulus muſculi extenſoris breuis digitorum pedis. n. 291. IV. Ramulus muſculi extenſoris breuis digitorum pedis. n. 362. V. Surculi digitales dorſales. NERVVS PERONEVS PROFVNDVS. n. 304. I. Neruus muſculi tibialis antici. n. 305. II. Neruus muſculi peronei longi. n. 332. III. Neruus communis pro muſculo extenſore longo pedis digitorum et extenſore pollicis longo. n. 335. VI. Neruus communis pro muſculo tibiali antico; extenſore digitorum longo et extenſore pollicis longo. n. 338. V. Neruus muſculi tibialis antici. n. 344. VI. Neruus muſculi tibialis poſtici. n. 347. RAMVS INTERNVS NERVI PERONEI PROFVNDI. n. 350. I. Ramulus communis pro muſculo extenſore breui digitorum et muſculis interoſſeis. n. 354. II. Ramulus metatarſicus pollicis. n. 351. III. Surculi digitales dorſales. RAMVS EXTERNVS NERVI PERONEI PROFVNDI. n. 361. I. Ramulus communis pro muſculo extenſore breui digitorum et muſculis interoſſeis. NERVVS TIBIALIS. Tab. IV. Fig. 2. n. 197. I. Neruus muſculi ſolei. n. 375. II. Neruus capitis breuis muſculi bicipitis. n. 376. III. Neruus communis pro dextro capite muſculi gaſtrocnemii et muſculo plantari. n. 377. IV. Trunculus communis pro neruo capitis ſiniſtri muſculi gaſtrocnemii; muſculi ſolei et pro neruo communicante tibiei. n. 380. V. Trunculus communis pro neruo muſculi ſolei; muſculi poplitei et dextri capitis muſculi gaſtrocnemii. n. 425. VI. Neruus communis pro muſculo popliteo et ligamento interoſſeo. n. 439. VII. Neruus communis pro muſculo ſoleo et flexore pollicis longo. n. 446. VIII. Neruus muſculi ſolei. n. 453. IX. Neruus communis pro neruo muſculi tibialis poſtici; flexoris longi digitorum; flexoris pollicis longi et pro neruo cutaneo poſteriore inferiore interno primo. n. 457. X. Neruus muſculi tibialis poſtici. n. 485. XI. Neruus muſculi flexoris longi digitorum. n. 486. XII. Neruus cutaneus poſterior inferior internus ſecundus. n. 493. XIII. Neruus cutaneus poſterior inferior externus ſecundus. n. 500. NERVVS PLANTARIS. I. Ramulus ſubcutaneus oſſis calcis. Tab. IV. Fig. 3. n. 1. II. Ramus cutaneus. n. 5. NERVVS PLANTARIS INTERNVS. RAMVS INTERNVS NERVI PLANTARIS INTERNI. n. 6. I. Ramulus ligamentoſus. n. 7. II. Ramulus cutaneus. n. 10. III. Ramulus plantaris pollicis internus. RAMVS EXTERNVS NERVI PLANTARIS INTERNI. n. 45. I. Ramulus muſculi interoſſei. n. 16. II. Ramulus plantaris pollicis externus. n. 18. III. Ramulus plantaris digiti ſecundi internus. p. 22. IV. Neruulus cutaneus plantaris. n. 29. V. Ramulus interoſſeus. n. 25. VI. Ramulus interoſſeus. n. 26. VII. Ramulus plantaris digiti ſecundi externus. n. 27. VIII. Ramulus plantaris digiti tertii internus. n. 28. IX. Ramulus plantaris digiti tertii externus. n. 43. X. Ramulus plantaris digiti quarti internus. n. 44. XI. Ramulus pro muſculo interoſſeo digiti tertii. n. 48. XII. Ramulus plantaris digiti quarti externus. n. 50. XIII. Ramulus plantaris digiti quinti internus. n. 51. NERVVS PLANTARIS EXTERNVS. n. 55. I. Ramulus ſubcutaneus. n. 56. RAMVS INTERNVS NERVI PLANTARIS EXTERNI. n. 52. I. Ramulus muſculi abductoris pollicis. n. 53. II. Ramulus muſculi flexoris breuis digiti minimi. n. 54. RAMVS MEDIVS NERVI PLANTARIS EXTERNI. n. 64. I. Ramulus plantaris externus digiti quinti. n. 65. II. Ramulus cutaneus. n. 66. RAMVS EXTERNVS NERVI PLANTARIS EXTERNI. n. 67. I. Ramulus muſculi abductoris digiti minimi. n. 68. II. Ramulus muſculi flexoris breuis et muſculi interoſſei digiti minimi. n. 69. III. Ramulus carnis pedis quadratae. n. 70.

Apud Vesalivm [e)] ſequens ramorum ordo obſeruatur. TRVNCVS ISCHIADICVS. I. Ramus in poſterioris ſedis femoris cute diffuſus. p. 528. n. 72. II. Ramuli duo in muſculorum capita digeſti a coxendicis oſſis appendice exorta. p. 527. et 532. n. 73. III. Ramus ab initio quarti tibiam mouentium muſculi portioni a femoris oſſe principium ducenti, oblatus ac mox in cutem excurrens, quae inferiori ſedi poſterioris regionis femoris et genu articuli obducitur. n. 74. l. c. IV. Duo rami initiis muſculorum, ab inferioribus femoris capitibus pronaſcentium, oblati. n. 75. l. c. GRACILIOR EXTERIOR TRVNCVS NERVI QVARTI FEMORIS. n. 77. l. c. Noſter peroneus. RAMVS CVTI SVBTENSVS EXTERNAM TIBIAE SEDEM ET EXTERNVM PEDIS LATVS INVESTIENTI. n. 78. l. c. Noſter peroneus ſuperficialis. RAMVS FIBVLAE CVM TIBIA CONNEXVM PETENS. n. 79. l. c. Noſter peroneus profundus. I. Ramus, qui anteriorem tibiae ſedem ſub cute adit. n. 80. l. c. II. Ramus ſecundum fibulam inter ſeptimum et octauum muſculum, pedem mouentem, exporrectus. n. 81. l. c. INTERIOR CRASSIORQVE TRVNCVS NERVI QVARTI FEMORIS. n. 82. l. c Noſter tibialis. I. Ramus internam tibiae ſedem verſus ſuram et internum pedis latus ſub cute proambulans. n. 83. l. c. II. Ramus in cutem ſparſus, ſurae potiſſimum obductam. n. 84. l. c. III. Ramus, qui in anteriora tibiae mittitur per ligamentum fibulam tibiae tota ſede committens, et in ſuperiori pedis ſede abſumitur. n. 85. l. c. IV. Ramus inter quartum, pedem mouentem muſculum et duos primos pedem mouentes muſculos excurrens. n. 86. l. c. V. Reliqua pars huius craſſioris trunci n. 82. ſecundum interiorem malleolum pedis humiliora petit et ſingulorum digitorum inferiori ſedi binos ſurculos exporrigit. n. 87. l. c.

Series ramorum apud Evstachivm depicta [f)], ſequens eſt. NERVI ISCHIADICI TRVNCVS. I. Communis trunculus pro neruis muſculi glutei medii et minimi litt. υ. II. Ramus, qui ramulos adipi, ab interno ani latere poſito, ſpargit litt. φ. III. Trunculus communis pro neruo glutei maximi et neruo cutaneo. χ. IV. Neruus muſculi glutei maximi. n. 2. V. Communis trunculus pro neruo capitis longi muſculi bicipitis et muſculi ſemitendinoſi. n. 3. VI. Trunculus communis pro neruo muſculi ſemitendinoſi et ſemimembranoſi. n. 6. VII. Trunculus communis pro neruo capitis longi et breuis muſculi bicipitis. n. 7. VIII. Neruus capitis breuis muſculi bicipitis. n. 8. NERVVS PERONEVS. PERONEVS PROFVNDVS. n. 9. et Tab. XIX. N. 2. n. 15. I. Duo rami extenſoris longi digitorum. n. 17. II. Ramus muſculi peronei longi. PERONEVS SVPERFICIALIS. n. 19. I. Ramus cutaneus. Tab. XX. Nr. 2. n. 10. Noſter communicans peronei. NERVVS TIBIALIS. I. Ramus externi capitis muſculi gaſtrocnemii. p. 11. II. Ramus interni capitis muſculi gaſtrocnemii. n. 12. III. Ramus cutaneus. n. 13. Noſter communicans tibiei. IV. Ramus muſculi poplitei n. 14. V. Ramus muſculi tibialis poſtici. n. 15. VI. Ramus flexoris longi digitorum. n. 16. VII. Ramus flexoris longi pollicis. n. 17. VIII. Ramus flexoris longi pollicis. n. 18. IX. Ramus pro capite, quod flexor

e) Vid. Eius Fabr. Corp. Hum. Tab. p. 528. et Tab. p. 532. content. et p. 550. *f)* Vid. Eius Tab. Anat. Tab. XX. N. 2. et Tab. XIX. Nr. 2.

flexor longus digitorum in planta accipit. n. 19. NERVVS PLANTARIS. NERVVS PLANTARIS EXTERNVS. n. 20. I. Ramus adductoris pollicis. n. 21. II. Ramus ad musculos interosseos. n. 22. III. Ramus musculi abductoris digiti minimi. n. 23. IV. Ramus metatarsicus. n. 24. V. Ramus metatarsicus. n. 25. NERVVS PLANTARIS INTERNVS. n. 26. I. Ramus musculi abductoris pollicis. n. 27. II. Ramus metatarsicus. n. 28. III. Ramus musculi lumbricalis primi. n. 29. IV. Ramus metatarsicus. n. 30. V. Ramus lumbricalis secundi musculi. n. 31. VI. Ramus metatarsicus n. 32. VII. Ramus musculi lumbricalis tertii. n. 33.

Quod ad VIEVSSENIVM [g] attinet, multos quidem ischiadici nostri ramos, sed, quod admodum est dolendum, e sua sede dimotos depinxit. Inter hos, quos descripsit, sunt: NERVVS CRVRALIS POSTICVS. I. Ramus musculi quadrati femoris. n. 25. II. Trunculus communis pro neruo musculi glutei maximi et nerui cutanei in perinaeo, scroto et postica femoris parte absumti. n. 28. III. Ramus musculi bicipitis. n. 35. IV. Trunculus communis pro neruo capitis longi tricipitis; pro neruo semineruosi musculi et semimembranosi. n. 36. V. Trunculus communis pro neruo musculi bicipitis et pro neruo cutaneo in ligamentis et cute genu absumto. n. 40. INSIGNIS RAMVS EXTERIOR ET MINOR NERVI CRVRALIS POSTICI. litt. Q. Noster peroneus. Ramus cutaneus in suprema cute fibulae consumtus. n. 45. II. Ramus cutaneus, qui integumentis, externam tibiae partem occupantibus, inferitur. n. 46. Noster communicans peronei. III. Trunculus pro neruulo cutaneo et neruo musculi poplitei. n. 48. IV. Ramus musculi peronei antici. n. 49. V. Trunculus communis nerui musculi peronei antici et nerui musculi peronei postici. n. 50. VI. Ramus musculi peronei antici. n. 54. VII. Trunculus communis nerui musculi tibialis antici et nerui musculi extensoris digitorum. n. 55. PARS CRASSIOR INSIGNIS RAMI EXTERIORIS NERVI CRVRALIS POSTICI. litt. T. Noster peroneus superficialis. I. Ramus musculi tibialis antici. n. 58. RAMVS PARTIS CRASSIORIS. litt. T. n. 59. Noster internus ramus nerui peronei superficialis. I. Ramulus extensoris longi digitorum. n. 60. II. Ramulus cutaneus. n. 61. III. Ramulus cutaneus tarsi. n. 62. IV. Ramulus communis nerui cutanei tarsi et nerui musculi interossei. n. 63. V. Nonnulli ramuli cutanei metatarsici. n. 64. VI. Ramulus cutaneus pollicis. n. 65. RAMVS ALTER PARTIS CRASSIORIS. litt. T. n. 66. Noster ramus externus nerui peronei superficialis. I. Nonnulli ramuli musculi extensoris pollicis longi. n. 67. 68. II. Ramulus musculi tibialis antici. n. 69. III. Ramulus communis musculi extensoris breuis digitorum, musculorum interosseorum et cutis tarsi. n. 74. IV. Ramulus communis musculorum interosseorum et cutis tarsi ac metatarsi. n. 75. V. Nonnulli ramuli cutanei. n. 76. 77. 78. 79. 80. PARS TENVIOR INSIGNIS RAMI EXTERIORIS NERVI CRVRALIS POSTICI. litt. X. Noster peroneus profundus. I. Ramus musculi peronei antici. n. 81. II. Ramus musculi peronei postici. n. 82. III. Surculi cutanei in regione malleoli externi absumti. n. 84. 84. 84. 85. 85. 85. IV. Ramus communis neruorum cutaneorum tarsi ac metatarsi et neruorum digitalium. n. 88. V. Ramus communis nerui musculi extensoris breuis, neruorum cutaneorum tarsi et metatarsi atque neruorum digitalium. n. 92. RAMVS INTERIOR ET CRASSIOR NERVI CRVRALIS POSTICI. litt. R. Noster tibialis. I. Ramus musculi plantaris. n. 102. II. Ramus musculi poplitei. n. 103. III. Ramus musculi gastrocnemii externi; musculi solei; et nerui cutanei surae. n. 105. 106. Noster communicans tibiei. V. Ramus musculi poplitei. n. 118. VI. Ramus musculi tibialis postici. n. 121. VII. Ramus musculi solei. n. 122. VIII. Ramulus arteriae tibialis. n. 123. IX. Ramus musculi extensoris longi digitorum. n. 124. X. Ramus musculi flexoris pollicis longi. n. 125. XI. Ramus musculi tibialis postici. CONTINVATVS RAMVS INTERIOR ET CRASSIOR. Tab. XXX. litt. A. Noster plantaris. I. Ramuli cutanei. n. 1. 1. 1. 2. 2. RAMVS INTERIOR RAMI INSIGNIS. litt. A. litt. C. Noster plantaris internus. I. Varii ramuli cutanei et musculares, scilicet musculi flexoris digitorum breuis; musculorum interosseorum; lumbricalium et ramuli digitales. n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. RAMVS EXTERIOR RAMI INSIGNIS. litt. A. Noster plantaris externus. I. Varii ramuli cutanei et musculares, scilicet musculi flexoris digitorum breuis; musculorum lumbricalium; interosseorum; musculi adductoris pollicis; transuersalis; abductoris digiti minimi et ramuli digitales. n. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.

BERRETTINVS [h] quoad ramorum huius nerui distributionem multas quidem et omnino miras diuersitates in tabulis suis expressit, sed, quum accuratam depictorum ramorum descriptionem neglexerit, tironibus icones eius horum neruorum ediscendorum causa non admodum sunt commendandae. Satis igitur nobis est, has, etsi ceteroquin multos nerui ischiadici ramos in situ, quem a natura habent, eleganter repraesentent, in transitu commemorasse.

Apud WINSLOVIVM [i] ramorum nostri nerui sequens describendi methodus et ordo obseruatur: TRVNCVS NERVI SCIATICI. I. Ramus musculi pyriformis. II. Ramus musculi quadrati femoris. III. Ramus musculorum geminorum. IV. Ramulus cutaneus, qui ano et partibus externis pudendalibus prospicit. V. Ramus cutaneus. Noster posterior superior. VI. Ramus glutei maximi. VII. Ramus communis glutei medii et minimi. VIII. Ramus musculi tricipitis. IX. Ramus musculi semineruosi. X. Ramus musculi semimembranosi. XI. Rami musculi bicipitis. NERVVS SCIATICVS INTERNVS, seu POPLITEVS INTERNVS. Noster tibialis. I. Ramus musculi poplitei. II. Ramus musculi plantaris. III. Ramuli articulares genu. IV. Ramus musculi solei. V. Ramus musculi gastrocnemii. VI. Ramus musculi flexoris digitorum longi. VII. Rami cutanei. VIII. Ramus communis musculi tibialis antici et tibialis postici. IX. Ramus cutaneus. Noster communicans tibiei. NERVVS PLANTARIS INTERNVS. I. Ramus primus ad internum latus pollicis tendit. II. Ramus secundus addigitum pedis primum et secundum proficiscitur. III. Ramus tertius ad digitum secundum et tertium migrat. IV. Ramus quartus ad digitum tertium et quartum dirigitur. Ex his quatuor oriuntur rami neruosi pro musculis lumbricalibus et interosseis atque integumentis. PLANTARIS EXTERNVS. I. Ramus primus ad digitum quartum et quintum abit. II. Ramus secundus ad externum latus digiti quinti migrat. Ex his duobus proueniunt ramuli musculares, musculorum scilicet lumbricalium, interosseorum, musculi flexoris

g) Vid. Eius Neurogr. Vniuers. Tab. XXIX. et XXX.

h) Vid. Eius Tab. Anatom. Tab. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. et XIX.

i) Vid. Eius Expos. Anatom. Tom. III. §. 318 — 356.

flexoris digitorum breuis, carnis quadratae et ramuli cutanei. NERVVS SCIATICVS EXTERNVS, seu POPLITEVS EXTERNVS. Noster peroneus. I. Ramus musculi gastrocnemii. II. Ramus musculi solei. RAMVS POSTERIOR. Noster communicans peronei. I. Ramulus, qui ad digitum tertium et quartum tendit. II. Ramulus, qui ad externum latus digiti quarti proficiscitur. RAMVS ANTERIOR SVPERIOR. Noster peroneus profundus. I. Ramuli musculi extensoris digitorum longi. II. Ramuli musculi extensoris pollicis longi. III. Ramuli tibialis musculi antici. IV. Ramuli cutanei. RAMVS ANTERIOR INTERIOR. Noster internus ramus nerui peronei superficialis. I. Ramulus musculi extensoris pollicis longi. II. Ramulus musculi tibialis antici. III. Ramuli musculi extensoris digitorum breuis. IV. Ramuli musculorum interosseorum. V. Ramuli ad digitum primum et secundum. RAMVS ANTERIOR EXTERIOR. Noster ramus externus nerui peronei superficialis. I. Ramulus musculi peronei longi. II. Ramulus musculi peronei postici. III. Ramulus musculi extensoris digitorum longi. IV. Ramulus, qui cutim dorsi et digitum primum atque secundum adit. V. Ramulus, qui ad cutim dorsi, digitum secundum et tertium abit ibique finitur.

Celeberrimum Sabatier [k], qui exactam nerui nostri descriptionem dedit, quum a Winsloviana parum differat, breuitatis causa transimus. Progredimur potius ad

Martinvm [l], qui inter neurographos, quoad neruos extremitatum inferiorum, haud infimum locum occupat. Descripsit vero hos sequente ordine: EX TRVNCO ISCHIADICO. I. Ramus capitis longi musculi bicipitis. II. Ramus musculi semitendinosi. Haud raro duo hi ex communi trunco proueniunt. III. Ramus musculi semimembranosi. Ex hoc non raro ramulus ad adductorem femoris maximum prouenit. IV. Ramus breuis musculi adductoris femoris. V. Ramus cutaneus posterior inferior. NERVVS POPLITEVS. I. Vnus vel plures ramuli ad ligamenta, in poplite sita et glandulas Hauersianas. II. Ramus musculi poplitei. III. Ramus musculi plantaris. IV. Communis trunculus ad vtrumque musculi gemelli ventrem. V. Ramus musculi solei. VI. Neruus cutaneus longus posterior tibiae. Noster communicans tibiei. NERVVS TIBIALIS. I. Ramus musculi tibialis postici. II. Ramus musculi flexoris pollicis longi. III. Ramus musculi flexoris digitorum longi. NERVVS PLANTARIS INTERNVS. I. Ramus musculi flexoris digitorum breuis. II. Ramus musculi abductoris pollicis longi. III. Ramus musculi flexoris pollicis breuis. IV. Ramus digitalis primus. V. Ramus digitalis secundus. VI. Ramus digitalis tertius. VII. Ramus digitalis quartus. NERVVS PLANTARIS EXTERNVS. I. Ramus musculi flexoris digitorum breuis. II. Ramus ad carnem quadratam Syluii. III. Ramus musculi adductoris digiti minimi. IV. Ramus superficialis, seu digitalis. V. Ramus profundus, seu muscularis. NERVVS PERONEVS. I. Neruus peroneus cutaneus. Noster communicans peronei. NERVVS PERONEVS CVTANEVS. Noster peroneus superficialis. I. Ramus digitalis primus. II. Ramus digitalis secundus III. Ramus digitalis tertius. IV. Ramus digitalis quartus. NERVVS PERONEVS MVSCVLARIS. Noster peroneus profundus. I. Ramus musculi extensoris longi digitorum. II. Ramus musculi extensoris longi pollicis. III. Ramus superficialis musculo extensori breui, pollicis communi et proprio atque cuti dorsi petis prospicit. IV. Ramus profundus in extensore breui pollicis; in extensore digitorum breui; in musculis interosseis et cute desinit.

Ioerdensio, qui specialem et nouam nerui nostri descriptionem nuper exarare et delineationem eius iconicam conficere studuit [m], sequentes rami numerantur et depinguntur. TRVNCVS NERVI ISCHIADICI. I. Neruus cutaneus posterior. Tab. I. et II. n. 10. II. Neruus glutei musculi maximi. n. 28. III. Neruus communis musculi gemini et obturatorii interni. n. 26. IV. Trunculus communis ventris maioris musculi bicipitis et nerui cutanei interni superioris. n 27. V. Neruus cutaneus internus inferior. n. 33. VI. Neruus cutaneus externus. n. 38. NERVVS PERONEVS. I. Neruus musculi adductoris femoris longi. n. 40. II. Neruus communicans peronei n. 42. III. Neruus ventris minoris musculi bicipitis. n. 41. NERVVS PERONEVS PROFVNDVS. n. 48. I. Ramus posterior musculum tibialem anticum adit. n. 49. II. Ramus anterior musculum tibialem anticum et periostium tibiae petit. n. 53. III. Ramus internus primus ad musculum tibialem anticum tendit. n. 58. IV. Ramus externus primus in musculo extensore digitorum longo consumitur. n. 59. V. Ramus internus secundus musculo tibiali antico inseritur. n. 61. VI. Ramus externus secundus musculo extensori digitorum longo prospicit. n. 62. VII. Ramus internus tertius. n. 63. VIII. Ramus internus quartus. n. 64. IX. Ramus internus quintus. n. 65. Ad musculum tibialem anticum omnes tres illi migrant. RAMVS NERVI PERONEI PROFVNDI EXTERNVS. n. 66. I. Ramuli musculi extensoris breuis digitorum. II. Ramuli musculorum interosseorum superiorum. RAMVS NERVI PERONEI PROFVNDI INTERNVS. n. 67. I. Ramulus dorsalis pollicis externus. n. 68. II. Ramulus dorsalis digiti secundi internus. n. 72. NERVVS PERONEVS SVPERFICIALIS. n. 76. I. Ramus musculi peronei longi. n. 77. II. Ramus musculi extensoris pollicis longi n. 80. III. Ramus musculi peronei antici n. 81. RAMVS INTERNVS NERVI PERONEI SVPERFICIALIS. n. 82. I. Ramulus minor internus n. 83. ramulum metatarsicum externum et internum atque dorsalem pollicis internum exhibet. n. 89. 88. 92. II. Ramulus minor externus n. 95. ramulum metatarsicum internum et externum spargit, qui de nouo ramulos dorsales digiti secundi et tertii emittit. n. 98. 99. 100. 101. RAMVS EXTERNVS NERVI PERONEI SVPERFICIALIS. n. 102. I. Ramulus metatarsicus internus n. 103. ramulum dorsalem digiti tertii externum n. 104. et internum digiti quarti n. 105. exhibet. II. Ramulus metatarsicus externus n. 106. ramulum internum et externum n. 107. 108. spargit. NERVVS TIBIALIS. n. 109. I. Neruus communicans tibiei n. 110. II. Neruus musculi solei. Tab. II. n. 150. III. Neruus musculi gastrocnemii. n. 151. III. Neruus popliteus primus. n. 157. IV. Neruus poplitei musculi secundus. Tab. III. n. 160. V. Neruus musculi tibialis antici. n. 161. VI. Neruus musculi solei. n. 162. VII. Neruus flexoris pollicis longi. n. 166. VIII. Neruus musculi flexoris digitorum longi. n. 173. IX. Neruus eiusdem musculi. n. 174. X. Neruus cutaneus. n. 180. XI. Neruus musculi abductoris pollicis. n. 182. NERVVS PLANTARIS INTERNVS.

k) Vid. Eius Traité Complet. d'Anatom. Tom. III. p. 322.

l) Vid. Eius Institut. Neurolog. p. 237.

m) Vid. Eius Descript. Neru. Ischiad.

NVS. n. 183. RAMVS eius INTERNVS. n. 183. * I. Ramulus musculi flexoris breuis digitorum. n. 184. II. Ramulus musculi adductoris pollicis. n. 185. III. Ramulus plantaris pollicis internus. RAMVS PLANTARIS INTERNI EXTERNVS. n. 186. I. Ramulus internus n. 187. exhibet ramulum musculi flexoris pollicis breuis; ramulum plantarem pollicis externum et ramulum plantarem digiti secundi internum. II. Ramulus externus n. 189. spargit ramulum plantarem digiti secundi externum; ramulum plantarem digiti tertii internum; ramulum plantarem digiti tertii externum; ramulum plantarem digiti quarti internum; ramulum plantarem digiti quarti externum et ramulum plantarem digiti quinti internum. NERVVS PLANTARIS EXTERNVS n. 183. ** I. Neruus periostii ossis calcis. n. 210. II. Neruus musculi flexoris digitorum breuis. n. 211. III. Neruus carnis quadratae. n. 212. RAMVS INTERNVS NERVI PLANTARIS EXTERNI. n. 213. I. Ramulus internus n. 213. musculo flexori breui digiti minimi et musculo abductori pollicis prospicit. II. Ramulus externus partim n. 218. in musculo flexore breui digiti minimi et eius abductore finitur, partim in latere externo digiti quinti cessat.

Sciagraphia ramorum ischiadici nostri, a GVENTHERO [n] concinnata, ordinem, qui sequitur, obseruat: TRVNCVS NERVI ISCHIADICI. I. Nerui glutei inferiores. II. Neruus cutaneus posterior. III. Neruus communis musculi gemini inferioris et quadrati femoris. NERVVS TIBIALIS. I. Rami ad musculi bicipitis et semitendinosi caput commune ac nonnulli ad caput longum bicipitis. II. Ramus musculi semimembranosi. III. Ramus musculi semitendinosi. IV. Ramus musculi tricipitis. NERVVS PERONEVS. I. Rami ad caput breue musculi bicipitis. II. Rami ad vasa cruralia. III. Neruus cutaneus posterior inferior. NERVVS POPLITEVS. I. Ramus popliteus superior. II. Ramus communis musculi plantaris, gastrocnemii et solei. III. Ramus popliteus inferior. NERVVS TIBIALIS. I. Ramus communis musculi solei, flexoris longi pollicis et arteriae tibialis. II. Ramus musculi tibialis postici. III. Neruus cutaneus externus pedis, vel cutaneus longus, vel dorsalis exterior. IV. Rami ad musculum tibialem posticum, flexorem pollicis longum et arteriam tarseam. V. Nerui cutanei plantares. NERVVS PLANTARIS INTERNVS. I. Rami musculares ad musculum abductorem et flexorem breuem pollicis atque ad reliquos digitorum musculos. II. Rami quatuor digitales. NERVVS PLANTARIS EXTERNVS. I. Ramus musculi abductoris digiti minimi. II. Rami cutanei vel superficiales. III. Rami musculares, vel profundi musculo tertio et quarto interosseo, musculo flexori breui digiti minimi; adductori pollicis; carni quadratae Syluii et musculis lumbricalibus inseruntur. NERVVS PERONEVS. I. Neruus cutaneus peroneus, seu cutaneus externus. II. Rami ad musculum peroneum longum et breuem. NERVVS PERONEVS PROFVNDVS. I. Ramus communis breuior musculi extensoris longi digitorum; tibialis antici; extensoris pollicis longi et genu articuli. II. Ramus communis longior musculi peronei longi; extensoris longi pollicis; extensoris pollicis breuis; musculorum interosseorum; arteriae tibialis anterioris et cutis. NERVVS PERONEVS SVPERFICIALIS, vel CVTANEVS DORSI PEDIS ANTERIOR, vel PEDALIS CVTANEVS. I. Ramus musculi peronei breuis et cutis. II. Rami digitales.

Tandem audiendus est de ramorum ischiadici ordine et distributione COOPMANS [o], qui sequenti ratione exortos obseruauit ramos et descripsit. TRVNCVS NERVI ISCHIADICI ex pelui egressus, ab externa sua facie spargit I. Neruum glutei medii. II. Neruum glutei minimi. III. Neruum glutei maximi. IV. Neruum longi et breuis capitis musculi bicipitis. V. Neruum capitis breuis musculi bicipitis. VI. Neruum, qui inter fibulam et peroneum longum emergit et vsque ad dorsum pedis et digitos producitur atque ramos dat peroneo longo et extensori longo digitorum pedis. TRVNCVS NERVI ISCHIADICI ab interna facie emittit I. Neruum cutaneum, qui in regione ani et perinaei terminatur. II. Neruum communem pro musculo gluteo maximo et cute, posteriorem femoris regionem tegente. III. Neruum communem musculi semitendinosi et capitis longi musculi bicipitis. IV. Neruum communem musculi semimembranosi et semitendinosi. V. Neruum capitis interni musculi gemelli; musculi poplitei et cutis lateralis partis cruris. NERVVS TIBIALIS I. Ramum capitis interioris musculi gemelli. II. Ramum musculi poplitei. III. Ramum musculi plantaris. IV. Ramum musculi tibialis postici. V. Ramum cutaneum. Noster communicans tibiei est. VI. Duo ramos musculi flexoris longi digitorum. NERVVS PLANTARIS INTERNVS I. Ramum musculi adductoris pollicis. II. Ramos musculorum lumbricalium. III. Ramos musculorum interosseorum. IV. Ramum abductoris pollicis. V. Ramum lateralem pollicis. VI. Ramum flexoris digiti minimi. VII. Ramum abductoris eiusdem digiti. VIII. Ramos digitales. IX. Surculos ad pulposam digitorum substantiam. X. Surculos aponeuroticos, ligamentosos et cutaneos. NERVVS PLANTARIS EXTERNVS I. Ramos musculorum lumbricalium. II. Ramos musculorum interosseorum. III. Ramos digitales. IV. Surculos aponeuroticos. NERVVS PERONEVS seu FIBVLARIS I. Ramum capitis exterioris musculi gemelli. II. Ramos musculi solei. III. Ramos musculi peronei longi. IV. Ramos musculi extensoris longi digitorum. V. Ramos musculi extensoris longi pollicis. VI. Ramos tibialis antici. VII. Ramos extensoris breuis digitorum. VIII. Ramos musculares dorsales. IX. Ramos cutaneos dorsales. X. Ramos digitales dorsales.

Ex his originem et distributionem ramorum admodum diuersam et describendi methodum variam esse, satis liquet. Quinam vero ischiadici nostri ramorum ordo consuetus sit et vulgaris, certo statuere haud sustinemus, etsi negare nolumus, quod ad methodum eos tractandi attinet, WINSLOVIANAM illam reliquis praestantiorem nobis videri. Non possumus igitur, quin eam, habita ratione maioris nostrorum ramorum copiae eorumque denominationis, hinc inde nouae, sequamur. Sed redeuntes, vnde digressi sumus, de ramis, quorum hucusque mentio generalis facta est, speciatim nunc, omissis vero varietatibus, apud auctores obuiis aliisque rebus, disputamus.

Ex quinque radicibus ISCHIADICVS NOSTER compositus vel statim post suum ex incisura ischiadica egressum Tab. IV. Fig. 2. n. 1. 2. vel iam in peluis cauitate Tab. I. Fig. 2. n. 380. 380. ramum insignem ab interna sua facie spargit, quem propter originis et distributionis rationem vocamus

I. NERVVM

n) Vid. Eius Kurzen Entwurf. p. 158.

o) Vid. Eius Neurolog. p. 165.

I. NERVVM CVTANEVM POSTERIOREM SVPERIOREM vel CVTANEVM GLVTEVM INFERIOREM. Vel e fimplici, vel duplici radice oritur et vtraque originis ratio vulgaris eft. De duplici radice monendum eft, vnam altius ab augmento, quod ifchiadicus a facrali tertio accipit, enafci; alteram profundius ex trunco ifchiadico ipfo prouenire. Illa cum hac coniuncta, fimplicem et fatis craffum neruum format Tab. IV. Fig. 2. n. 1. atque iuxta truncum ifchiadicum ad ligamentum facro - ifchiadicum, inter quod egreditur, decurrit et perinaeo, ano et fcroto profpicit. Haec vero radix, Tab. IV. Fig. 2. n. 2. profundius orta, in duos trunculos diuiditur, e quibus tres praecipui rami, 27. 44. 64. paulo poft defcribendi, et tres ramuli anaftomotici, quorum ope trunculi et inter fe et cum radice illa 1. et cum neruo mufculi glutei maximi 92. coniunguntur. Hac ratione plexus iuxta et fupra truncum ifchiadicum formatur, qui quatuor fuis praecipuis ramis 1. 27. 44. 64. pofterioribus femoris fuperioribus et inferioribus, internis et externis partibus cutaneis maximopere inferuit. Quod vero ad fimplicem cutanei noftri pofterioris originem attinet, Tab. I. Fig. 2. n. 380. 380. in cauitate peluis, vt paulo ante demonftrauimus, ex eo ipfo loco trahitur, vbi ifchiadicus e pelui egredi nititur. Exit nunc fub mufculo pyramidali et mox primum et fecundum, deinde tertium et denique quartum ramum exhibet. Primus ramus, qui in quibufdam cadaueribus, vt antea diximus, propago facralis tertii eft, cutaneus natium appellatur et omni iure inter neruos pudendales externos refertur, pone inferiorem et internam mufculi glutei maximi partem apparet et in regione tuberofitatis offis ifchii in ramulum afcendentem et defcendentem diuiditur. Ramulus afcendens Tab. II. Fig. 2. n. 5. in tres abit furculos, quorum primus 7. et fecundus 8. cutim et laxam eius telam cellulofam pofterioris partis fcroti vel in fequiori fexu labiorum pudendorum externorum adeunt; tertius vero 9. per pinguedinem, in regione ani et perinaei pofitam, diffeminatur et cum aliis neruis haemorrhoidalibus et pudendis coniungitur. Ramulus defcendens 10. ad internam femoris partem defcendit et primam propaginem, 11. in duo filamenta diuifam, 12. 13. cuti exhibet; fecunda propago eius 15. vno furculo 16. in adipe, altero 17. in cute finitur; tertia 19. fimplex eft et integumenta communia adit; quarta 20. membranam cutis adipofam petit; quinta 21. vno filamento 22. cuti inferitur, altero 23. laxam cutis texturam cellulofam adit; fexta denique propago 24. in adipe euanefcit. Ramus fecundus Tab. II. III. IV. Fig. 2. n. 27. mox fub inferiore et media parte mufculi glutei maximi apparet atque cutim fupra ventrem maiorem mufculi bicipitis adit, et vfque ad mediam fere femoris partem dirigitur. Primus ramulus, quem fpargit 28. feorfim fafciam latam penetrat, interne exit et vno furculo, 29. in duo filamenti diuifo, 30. 31. cuti inferitur; altero vero 32. in fafcia lata euanefcit. Secundus ramulus 34. quoque interne, fed profundius oritur, antecedente longior eft et vno furculo 35. ad cutim migrat, altero vero 36. in membrana cutis adipofa finitur. Tertius ramulus 38. breuis, exiguus et externus eft atque mox in fafcia lata terminatur. Quartus ramulus 39. quoque externus et paruus eft atque in pinguedine ceffat. Quintus ramulus 40. et fextus 41. fere genu attingunt et in cute, hanc partem tegente, finiuntur. Tertius ramus Tab. II. III. IV. Fig. 2. n. 44. inter omnes longiffimus, etiam fub inferiore et media mufculi glutei maximi parte vifui fefe praebet et a latere interno capitis maioris mufculi bicipitis ad interiorem femoris partem defcendit et in regione poplitis finitur. In hoc vero itinere longo vnicum tantum ramulum 45. interne fpargit, qui in adipe ceffat, fed ad poplitem profectus, plures exhibet, quorum quidam 47. in duos furculos, in internum 48. et externum 53. diuiditur. Internus furculus 48. filamentum fuperius 49. adipi, filamentum medium 51. pinguedini, et inferius vel tertium 52. cuti, hanc partem obducenti, largitur. Externus furculus 53. fimplex eft et in pinguedine ceffat. Alius ramulus 55. rami tertii 44. antecedente minor eft et ftatim duobus furculis 56. 57. cutim adit. Alius ramulus 58. duobus fuis furculis 59. 60. cutim, mufculum popliteum tegentem, attingit. Vltimus ramulus 61. externe prouenit, bifurcatus eft et duobus furculis 62. 63. in adipe terminatur. Quartus ramus Tab. II. III. IV. Fig. 2. n. 64. fere in regione, vbi gluteus maximus offi femoris inferitur, e trunco fuo prouenit et fupra mediam partem capitis longi bicipitis mufculi defcendit et varios exhibet furculos. Primus eius furculus 65. internus eft et cuti inferitur. Secundus furculus 67. internus quoque et cutaneus eft. Tertius internus 69. in adipe confumitur. Quartus internus 71. contextui cellulofo porrigitur. Quintus 72. denique in cute euanefcit. Emiffis his quatuor ramis neruus nofter cutaneus pofterior fuperior e latere externo capitis longi bicipitis latam femoris fafciam perforat et dato furculo aliquo 74. qui duobus filamentis in adipe diftribuitur, longum iter abfque vlla propagine ad externam poplitis partem facit; quo facto vicinae cuti et pinguedini varios praebet furculos. Primus furculus 78. internus et fimplex eft atque adipi plicae poplitis inferitur. Secundus furculus 79. internus et idem, et fimplex, ftatim cutim adit. Tertius furculus 80. quoque internus, fed antecedentibus longior, in duo filamenta fecedit, quorum vnum 81. duabus 82. 83. fibrillis neruofis cuti, mufculum fere popliteum veftienti, inferitur, alterum 84. in membrana adipofa finitur. Quartus furculus 86. vno filamento 87. in cute, altero 88. in adipe, tendinem capitis breuis mufculi bicipitis tegente, terminatur. Quintus et vltimus furculus 89. externus et bifurcatus eft 90. ac cuti, in eadem regione pofitae, profpicit.

Poftquam truncus nerui ifchiadici 91. ab interna fua facie hunc emifit, alterum ab anteriore parte emittit, qui eft

II. TRVNCVLVS COMMVNIS nerui mufculi gemini fuperioris; obturatorii interni; gemini inferioris et quadrati femoris. Tab. I. Fig. 2. n. 381. Haud exiguus neruus eft et pluribus radicibus, ex trunco ifchiadico ortis, et vna ex augmento, quod ifchiadicus a facrali tertio accipit, enata, antequam peluis cauitatem relinquat, componitur. Ad regionem vero mufculi pyramidalis profectus, in quatuor inaequales ramos fecedit. Quorum primus neruus mufculi gemini fuperioris primus eft, qui mox a pofteriore latere carnem hanc adit et in ea diftribuitur. Secundus ramus obturatorio interno profpicit et antecedente tenuior, fed longior eft. Introrfum flectitur et duobus furculis fuum mufculum intrat. Cel. CAMPERVS [p] hunc ex trunco ifchiadico feorfim ortum vidit. Tertius ramus, quoad craffitiem primo haud diffimilis, ad mufculum geminum inferiorem tendit, primus nobis vocatur et tribus furculis in eo finitur. Quartus denique ramus inter reliquos longiffimus et craffiffimus, et quafi continuatus ille trunculus eft. Ab anteriore parte mufculum quadratum femoris intrat et in duos furculos, internum et externum diuifus, in carne euanefcit et huius mufculi neruus primus eft. Emiffo hoc trunculo ab externa facie prouenit

III. NERVVS MVSCVLI GLVTEI MAXIMI Tab. IV. Fig. 2. n. 92. qui multis ramulis huic carni a latere pofteriore et interno, in hac icone reclinato, profpicit et neruum, vt vocant, gluteum inferiorem conftituit [q]. Haud procul a fua origine primum ramulum 93. exhibet, qui furfum dirigitur et in duos furculos 94. 97. fecedit, quorum vnus, 94. inferior, duobus filamentis 95. 96. finitur, alter fuperior 97. tribus filamentis 98. 99. 100. in carne ceffat. Secundus ramulus 101. antecedenden-

p) Vid. Eius Demonftr. Anat. Pathol. Lib. II. p. 7.

q) Diuiduntur a nonnullis nerui glutei in fuperiores et inferiores. Superiores ex radicibus, quae neruum ifchiadicum componunt, in peluis cauitate proueniunt, quum inferiores ex trunco ifchiadico, extra peluim pofito, plerumque enafcantur.

dente longior eſt et ad lineam horizontalem verſus muſculum ſuum migrat atque tribus ſurculis 102. 103. 104. in eo terminatur. Tertius ramulus 105. anaſtomoticus eſt et hunc neruum cum cutaneo poſteriore ſuperiore coniungit. Quartus ramulus, 107. inter omnes longiſſimus, ſurculum anteriorem et poſteriorem ſpargit. Poſterior 108. ſimplex eſt; anterior vero in quatuor filamenta 109. 110. 111. 112. diuiditur, quibuſcum per carnem diſſeminatur. Editis hiſce ramulis neruus noſter ope rami anaſtomotici 43. a neruo cutaneo poſteriore ſuperiore augetur, verſus tendinem glutei maximi proficiſcitur 113. et ramulum quintum 114. porrigit, quatuor filamentis 109. 110. 111. 112. in inferiore huius muſculi parte deſinentem. Tandem neruus hic, tenuior factus, 119. prope tendinem muſculi ſui carnem adit et ſtatim in ea finitur. Praeter hunc ab iſchiadici noſtri facie poſteriore vel duo alii, vel vnus tantum neruus prouenit, qui muſculo gluteo medio et minimo communis eſt et neruos horum muſculorum inferiores ſpargit [r]. Quum vero in noſtris iconibus a muſculo gluteo maximo tegatur, nec cerni poſſit, progredimur ad

IV. NERVVM MVSCVLI GEMINI SVPERIORIS et INFERIORIS, quem abſciſſum et reclinatum Tab. IV. Fig. 2. n. 120. repraeſentat. Non raro ſeorſim ab interno latere trunci iſchiadici, quando hic ſub his muſculis ad femur deſcendit, naſcitur. Interdum vero deſideratur et praeprimis, ſi trunculus Tab. I. Fig. 2. n. 381. ille communis et paulo ante deſcriptus ſat plures neruos his geminis tribuit. Quando in cadaueribus conſpicitur, in ramulum ſuperiorem, medium et inferiorem diuiſus fere ſemper obſeruatur. Superior ramulus 121. ad geminum ſuperiorem tendit et eius ſecundus neruus eſt. Ramulus medius et inferior 122. 123. ad inferiorem eiuſdem nominis muſculum proficiſcitur et neruum eius ſecundum et tertium repraeſentat. E regione huius verſus faciem poſteriorem trunci iſchiadici prouenit

V. TRVNCVLVS NERVI CVTANEI INTERNI SVPERIORIS et NERVI CAPITIS LONGI MVSCVLI BICIPITIS CRVRIS. Tab. IV. Fig. 2. n. 124. Pone muſculum geminum ſuperiorem oritur et in latere externo trunci iſchiadici ad originem fere capitis longi bicipitis decurrit et nunc in duas inaequales partes ſecedit. Vna pars breuis et tenuis eſt 125. atque poſt truncum iſchiadicum ad longum caput bicipitis tendit, ſurculum aſcendentem 126. et deſcendentem 127. ſpargit et hac ratione in eo finitur. Ad reliquos bicipitis neruos facilius a ſe inuicem diſtinguendos hunc primum vocamus. Altera pars, craſſior longiorque, 128. truncum iſchiadicum tranſit et verſus internam femoris partem deſcendit, quem nerui cutanei interni ſuperioris nomine inſignimus. In hoc vero itinere varios ramulos ſpargit. Vid. Tab. II. Fig. 2. n. 128. Primus eorum 130. externus eſt et in cute fere, mediam muſculi ſemimembranoſi partem tegente, terminatur. Secundus ramulus 131. interne oritur et in adipe, in media parte muſculi gracilis poſita, ceſſat. Tertius ramulus 133. internus eſt et duobus filamentis cutim in eadem fere regione adit. Tandem cutaneus noſter prope tendinem gracilis in cute, latus internum femoris obducente, finitur, etſi nulli negemus, nos ſaepius illum, in ſura ſeſe terminantem, obſeruaſſe. Poſtquam truncus iſchiadicus hos ramos emiſit, paululum progreditur et ad muſculum quadratum femoris profectus, edit

VI. NERVVM MVSCVLI QVADRATI FEMORIS ſecundum, quem abſciſſum et reclinatum Tab. IV. Fig. 2. n. 135. ſiſtit. Paruus, ſi in cadaueribus inuenitur, neruus eſt et ab externo et anteriore trunci iſchiadici latere originem trahit ſuam. In duos ramulos diuiſus mox muſculum ſuum ab inferiore ſuperficie intrat et per eum diſſeminatur. Haud procul ab hoc alius, longe vero inſignior ramus, prouenit, ſcilicet

VII. NERVVS CVTANEVS INTERNVS INFERIOR. Tab. II. III. IV. Fig. 2. n. 136. Infra geminos ex interno trunci iſchiadici latere oritur et ſuperficiem muſculi quadrati femoris percurrens, pone muſculos, in poſteriore et interna femoris parte poſitos, migrat et longe, abſque vllo dato ramulo, verſus internum femoris latus deſcendit. Sed fere ad poplitem profectus, inter muſculum ſemitendinoſum et ſemimembranoſum cuti appropinquat Tab. II. Fig. 2. n. 136. et in ſuperficie proplitis viſui ſe praebet; quo facto ad cutim, muſculum gaſtrocnemium internum tegentem, accedit ibique tribus praecipuis ramis finitur. Primus eius ramus, 137. ſatis longus, interne naſcitur, longe decurrit et in duos ramulos 138. 139. diuiſus, cutim multis filamentis adit. Secundus ramus vel medius 140. ſuper mediam muſculi gaſtrocnemii interni partem deſcendit, ramulos varios emittit atque longiſſimum inter reliquos iter facit. Ramulus eius primus externus eſt 141. et vno ſurculo 142. membranam cutis adipoſam adit, altero vero 143. in cute deſinit. Ramulus ſecundus 145. interne oritur et duobus ſurculis 146. 147. in pinguedine ceſſat. Ramulus tertius 149. externus eſt et vnum ſurculum 150. cuti, alterum 151. adipi porrigit. Ramulus quartus 152. ſimplex eſt et in cute infra muſculum gaſtrocnemium terminatur. Ramulus denique quintus et vltimus externe naſcitur et quoque in cute terminatur. Ramus externus ſeu tertius cutanei noſtri interni inferioris profundius in mediam ſurae partem deſcendit et huic regioni proſpicit. Propter ſitus rationem in hac icone deſideratur, ſed abſciſſum et reclinatum eum ſiſtit Tab. IV. Fig. 2. n. 154.

Iter ſuum nunc vlterius inter trochanterem maiorem et partes poſteriores internas femoris verſus poplitem truncus iſchiadicus proſequitur et a WINSLOVIO [s] ad hunc locum profectus NERVVS ISCHIADICVS CRVRALIS, accuratius vero FEMORALIS vocatur. Antequam vero in neruum tibialem et peroneum diuidatur, alios carnoſis et cutaneis femoris partibus exhibet neruos. Quando ſcilicet ſub muſculis geminis, muſculo quadrato femoris et tribus muſculis gluteis prouenit, gracilior nunc factus inter muſculum bicipitem et ſemitendinoſum deſcendit et ablegat

VIII. TRVNCVLVM COMMVNEM pro neruis muſculi adductoris femoris magni, ſemimembranoſi, bicipitis et ſemitendinoſi. Tab. IV. Fig. 2. n. 155. Ab interno trunci iſchiadici latere progignitur et quinque ramos exhibet. Primus ramus 156. neruus adductoris magni femoris ſuperior eſt, ſimplex et breuis, atque mox in carne eius finitur. Secundus ramus, 157. antecedente longior craſſiorque, inferiorem eiuſdem muſculi neruum conſtituit et in ramulum ſuperiorem 158. ac inferiorem 159. diuiſus, per carnem huius diſſeminatur. Propter ſitus rationem reſectos hos et reclinatos depinximus. Tertius ramus 160. primus neruus muſculi ſemimembranoſi eſt et ſatis craſſus atque longus. Antequam ſuum muſculum adeat, in quatuor ramulos ſecedit, quorum primus 161. a poſteriore; ſecundus 162. ab anteriore; tertius et quartus 163. 164. ab interiore parte huic carni inſeritur ibique finitur. Quartus ramus, 166. inter reliquos craſſiſſimus et longiſſimus, in duos ſecedit ramulos, quorum externus 167. neruus muſculi ſemimembranoſi ſecundus eſt; ſurculo poſteriore 168. poſteriorem partem, ſurculo vero anteriore 169. anterius

r) De neruis muſculi glutei medii et minimi Tab. I. Fig. 2. n. 377. 379. ſuperioribus ſupra egimus; hic tantum monemus, ſupra muſculum pyriformem illos, inferiores vero infra hunc muſculum egredi et haud raro ſurculum muſculo tenſori faſciae latae femoris exhibere.

s) Vid. Eius Expoſ. Anatom. l. c. §. 323.

anterius eius latus intrat ibique terminatur. Secundus ramulus 170. rami quarti 166. neruus primus musculi semitendinosi est et duobus surculis, superiore scilicet 171. et inferiore 172. per carnem huius disseminatur. Quintus denique ramus 173. trunculi istius 155. in tres ramulos abit, quorum internus, resectus et dimotus, 174. neruus musculi semitendinosi secundus est. Gracilis quidem est, attamen longum in musculo hoc iter facit. Ramulus medius 175. neruum primum capitis breuis musculi bicipitis repraesentat et in surculum superiorem 176. ac inferiorem 177. diuisus, carnem eius ab interno latere adit. Ramulus externus 178. abscissus et reclinatus est. Ad caput vero longum musculi bicipitis tendit, ab externo latere ei inseritur et neruus eius secundus est. Caeterum huius communis trunculi originem et distributionem non ita constantem esse, vt ne alia locum habeat, concedimus, quid? quod experientia edocti scimus, tot fere neruos seorsim ex trunco ischiadico saepius oriri, quot sunt illius trunculi rami. Edito hoc trunculo emergit ab interna trunci ischiadici facie, haud procul a trunculo antecedente 155.

IX. NERVVS CAPITIS BREVIS MVSCVLI BICIPITIS, a nobis secundus appellatus Tab. IV. Fig. 2. n. 179. breuis quidem, sed satis robustus et maioris ambitus est atque musculo suo vndequaque ramulos mittit. Antequam vero in carne eius consumatur, in tres praecipuos ramulos secedit. Primus eorum internus est 180. et bifurcatus. Surculus superior, 181. quem spargit, simplex est; surculus vero inferior, 182. in duo 183. 184. filamenta diuisus, ab interno latere suo musculo inseritur. Secundus ramulus seu medius, 185. antecedente breuior, et altior, duobus surculis 186. 187. superiore scilicet et inferiore, ab anteriore parte caput breue bicipitis adit. Tertius ramulus seu externus, 188. inter reliquos longissimus, ad externum latus huius capitis dirigitur et prope eius tendinem finitur. In hoc vero itinere surculum, in duo filamenta diuisum, 189. principio seu supremae parti huius capitis largitur. Deinde alium 190. externe spargit, qui leuiter versus posterius latus ad hoc caput tendit. Porro alium 192. interne emittit, qui ab anteriore parte ad carnem huius capitis accedit. Tandem ramulus ipse 193. prope tendinem, vt diximus, fibris musculosis immiscetur et hac ratione finitur.

In hac plerumque regione, vel, vt semel obseruauimus, paulo superius infra musculum quadratum femoris neruulus ex trunco ischiadico prouenit, a nobis neruus ossis femoris dictus, qui per foramen, in osse femoris obuium et huic neruulo et vasis sanguiferis commune, hoc os intrat et in membrana eius medullari, quae vocatur, distribuitur. Cel. MVRRAY [t] et MARTINVS [u] hunc iam olim obseruarunt et cupiditatem nostram in eum inquirendi admodum inflammarunt. His vero ramis proximus est

X. NERVVS CAPITIS LONGI MVSCVLI BICIPITIS, a nobis tertius vocatus et abscissus et paululum reclinatus repraesentatus Tab. IV. Fig. 2. n. 194. Oritur ab interno latere trunci ischiadici et mox post originem suam in ramulum internum 195. et ramulum externum 196. diuiditur. Vterque musculum suum, diuerso vero loco, adit et in eo finitur. Vltimus ramus, qui ante diuisionem trunci ischiadici adhuc emittitur, est

XI. NERVVS CVTANEVS EXTERNVS. Tab. II. III. IV. Fig. 2. n. 199. Externe oritur et inter caput longum et breue bicipitis paululum extrorsum migrat et in externa poplitis regione emergit. Haud exiguus neruus est et longe vsque ad inferiorem surae partem descendit et magnam ramulorum suorum distributionem in cute et adipe absoluit. Spargit vero quinque praecipuos ramulos, quorum primus Tab. II. Fig. 2. n. 200. internus est et in duos surculos diuisus. Surculus eius 201. per adipem disseminatur; surculus vero 202. in cute, plicam poplitis constituente, cessat. Secundus ramulus 204. versus mediam surae partem descendit et in hoc itinere quatuor exhibet surculos. Primus eius surculus 206. membranam cutis adiposam adit; secundus 207. in adipe duobus filamentis finitur; tertius 209. in cute cessat; quartus 210. denique in eadem fere cutis parte terminatur. Tertius ramulus, 212. antecedente breuior, duo exhibet surculos, quorum vnus externus 213. in contextu cutis celluloso desinit, quum alter, 214. in duo filamenta 215. 216. diuisus, in cute absumatur. Quartus ramulus 222. simplex est et ad externum surae latus accedit. Quintus ramulus, 223. inter reliquos longissimus, externam quoquae surae partem occupat et in duos surculos diuiditur, quorum vnus internus 224. simplex est et membranae cutis adiposae inseritur; alter vero, externus, 225. duobus filamentis in cute ipsa terminatur. Tandem neruus noster cutaneus externus, tenuior factus, 217. e latere externo surae ad inferiorem eius partem descendit et tres spargit surculos. Primus eius 218. pinguedinem adit; secundus 220. adipi inseritur; tertius denique 221. in cute euanescit.

Sed accedimus ad trunci ischiadici in neruum peroneum et tibialem diuisionem, de qua inter anatomicos admodum disputatur, quaeque in nostro cadauere paululum infra mediam partem femoris absoluitur. In diuidendo hoc natura diuerso modo variat; vnde fit, vt diuisionis huius locus modo altior, modo profundior sistatur. Quae vero de hoc nos quidem experientia cognouimus, breuiter exponemus. Componuntur, vt supra demonstrauimus, ex radicibus lumbalibus et sacralibus vel vnus, vel duo inaequales trunci ischiadici, qui singuli, et distincte a se inuicem disiuncti, femur percurrunt. Si duo oriuntur, neque admodum raro id fieri, hinc inde nobis obseruandi occasio fuit, vnus externus neruus peroneus, alter crassior internus, tibialis est. Conseruamus in theatro nostro anatomico plura specimina et inter haec vnum, quod in vno latere duplicem, ex peluis cauitate exortum, in altero vero simplicem, in plica poplitis diuisum, ostendit ischiadicum; et notandnm adhuc est, ramos, plerumque ex interno latere trunci ischiadici prouenientes, ex tibiali; ramos vero, a facie eius externa orientes, a neruo illo peroneo enasci. Accidit quoque, vt duplex ischiadicus in principio suo, ope laxioris telae cellulosae, in vnum truncum coniungatur, sed ad regionem trochanteris maioris profectus, secedit et neruum tibialem et peroneum exhibet. Interdum quoque fit, vt quasi simplex magnam femoris partem percurrat et profundius discedat. Sin vnicus in cadaueribus ischiadicus obseruatur, plerumque vel aliquatenus supra mediam femoris partem, vel in medio femore ipso, vel paululum inferius bifurcatur. Rarius vel superius, vel inferius duos illos principales ramos ablegat. Apud auctores quidem diuisionis in altiori quidem loco mentio hinc inde fit; sed illos in administratione anatomica nerui tibialis et peronei altius telam illam cellulosam, hos inter se coniungentem, cultri anatomici ope discidisse et vlterius, quam natura fert, neruos hos persecutos esse, admodum probabile est. Quod vero ad profundiorem eius diuisionem attinet, interdum neruus ischiadicus in vulgari diuisionis loco, sed sub angelo acutissimo tibialem et peroneum neruum ablegat, qui vero, tela cellulosa coniuncti, instar vnius trunci ad poplitem descendunt et tunc demum a se inuicem discedunt. Quando haec diuisionis ratio in cadaueribus obseruatur, — eam vero adesse et praeparatum anatomicum, cuius antea mentionem fecimus, ostendit, et neurographi [v], apud quos neruus popliteus occurrit, testari videntur, — neruus

t) Vid. Eius Differtat. de Sensibilitate Ossium Morbosa. Vps. 1780.

u) Vid. Eius Instit. Neurolog. p. 240.

v) Inter hos nominare iuuat Celebb. WINSLOVIVM, LIEVTAVD, MARTINVM, GVENTHERVM et COOPMANS.

neruus popliteus admitti et defcribi poteft. Neruus igitur hic, vel potius eius denominatio non analogiae vaforum fanguiferorum et imaginationi, vt IOERDENS[w] opinatur, fed experientiae, licet rariori, refpondet. Quae cum ita fint, externus trunci ifchiadici ramus principalis interno plus minufue gracilis eft et vocatur

NERVVS PERONEVS, vel ifchiadicus minor feu externus [x], vel fciaticus peroneus [y], vel fibularis [z], vel tibialis anterior [*] feu popliteus externus. Tab. IV. Fig. 2. n. 198. Extrorfum a focio tibiali diuergit et ad condylum offis femoris externum et caput fibulae iter dirigit fuum. In hoc vero itinere fpargit ab interno fuo latere

I. NERVVM CAPITIS BREVIS MVSCVLI BICIPITIS, a nobis tertium vocatum. Tab. IV. Fig. 2. n. 228. Breuis quidem, attamen non exiguus neruus eft et quum mufculo fuo proxime adiaceat, ftatim eum intrat et duobus ramulis 229. 230. in eo finitur. Quo edito, alius ab eadem facie, longe vero infignior ramus prouenit, quem, quum duos fingulares neruos fpargat, appellamus

II. TRVNCVLVM COMMVNEM nerui communicantis peronei et nerui cutanei pofterioris inferioris externi primi feu furalis Tab. IV. Fig. 2. n. 231. Apud auctores huius loci neruus tantum communicans peronei, quem WINSLOVIVS [a] cutaneum pofteriorem, MARTINVS [b] cutaneum peroneum vocat, occurrit, qui ad pedem vfque extremum defcendit. Sed in cadauere noftro diuerfitatem obferuauimus, quam, quum non admodum vulgaris fit, delineatione dignam iudicauimus. Scilicet trunculus ille communis, ad regionem capitis fibulae profectus, ramulum emittit, n. 232. qui duobus furculis 233. 234. in ligamentis genu et eius adipe finitur; quo emiffo, inter caput fibulae et integumenta communia verfus mediam furae partem defcendit Tab. III. Fig. 2. n. 235. et quum duobus ramulis anaftomoticis 236. 237. cum neruo communicante tibieo cuius paulo inferius mentio fit, interne coniungatur et vna ex parte in eo finiatur, nerui communicantis nomine eum infignimus. Alteram vero eius partem, quae externe tractum venae faphenae externae, feu minoris fequitur et fub fura primum apparet, neruum cutaneum pofteriorem inferiorem externum primum feu furalem vocamus. Tab. III. et IV. Fig. 2. n. 238. In cadaueribus, in quibus anaftomofes iftae inter communicantem peronei et tibialis tenuiores noftris inueniuntur, cutaneus nofter pro continuato neruo communicante peronei ipfo, fi diuerfam eius diftributionem exceperis, habendus eft. Antequam vero fub fura emergat, ramulum primum Tab. II. Fig. 2. n. 239. interne emittit, qui furculo interno 240. adipem, furculo medio 242. pinguedinem, et furculo externo 243. cutim, inferiorem et internam furae partem obducentem, adit. Ramulus fecundus 245. externe nafcitur et antecedente tenuior duobus filamentis 246. 247. in adipe definit. Tertius ramulus, 248. inter reliquos longiffimus, verfus interiorem cruris partem defcendit et in duos furculos diuiditur, quorum internus 249. duobus filamentis 250. 251. cuti implantatur, externus vero 252. duobus filamentis 253. 254. in pinguedine ceffat. Quartus ramulus 256. externe oritur, fimplex et exiguus eft atque ftatim in adipe euanefcit. Tandem cutaneus nofter, tenuior factus, 257. fupra malleolum externum duobus filamentis in cute finitur.

Praeter hos ramos neruus peroneus haud raro alium fpargit, qui mufculum adductorem longum adit et nonnullis filamentis per inferiorem eius carnofam partem diffeminatur. Emiffo vero hoc in fumma parte fibulae ad anteriora fe flectit et in neruum peroneum fuperficialem atque profundum diuiditur.

NERVVS PERONEVS SVPERFICIALIS Tab. III. et IV. Fig. 1. et 2. n. 260. a WINSLOVIO [c] anterior externus et a MARTINO [d] neruus cutaneus dorfi pedis anterior vel pedalis cutaneus appellatus, infignis neruus eft et in principio fuo vel fimplex, vel duplex. Si fimplex eft, in duos deinde ramos fecedit; fin duplex obferuatur, non amplius diuiditur, fed duobus fuis trunculis, ramorum ad inftar, iter ad dorfum pedis profequitur fuum. Simplex ad latus fibulae capitis defcendit et quum mufculum peroneum longum et breuem perforet, exhibet

I. TRVNCVLVM COMMVNEM nerui mufculi extenforis pollicis proprii, feu longi et peronei antici, quem Tab. IV. Fig. 1. n. 261. reclinatum repraefentat. Interne oritur et breui itinere facto in duos ramulos fecedit, quorum vnus, 262., minor, duobus furculis 263. 264. mufculum peroneum anticum adit et in eo finitur; alter, maior, 265. duobus furculis 266. 267. ad mufculum extenforem pollicis longum tendit et per fuperiorem eius carnofam partem diffeminatur. Haud raro hi nerui feorfim enafcuntur et fingulatim mufculos fuos intrant. Accidit quoque, vt communis neruus ad mufculum peroneum longum et breuem accedat. Quae cum ita fint, neruus nofter fuperficialis, hucufque mufculis inclufus, foras egreditur et a tergo expanfionis aponeuroticae, quae cruris anteriorem partem cingit, vlterius progreditur et verfus inferiorem mufculi extenforis pollicis longi partem, in cuius externo latere decurrit, aponeurofin illam perforat, et inter tendines mufculi extenforis pollicis longi et digitorum communis prouenit et in ramum internum ac externum diuiditur.

RAMVS INTERNVS nerui peronei fuperficialis, quem dorfalem internum vocamus, in fitu fiftitur Tab. III. Fig. 1. n. 268. e fua vero fede dimotum eum repraefentat Tab. IV. Fig. 1. n. 268. Verfus pollicem pedis migrat et mox craffior, mox tenuior obferuatur atque paulo poft originem cum ramo externo anaftomofin init 269. qua facta, in duos ramulos, internum fcilicet et externum, quos metatarficos [e] appellamus et e quibus furculi digitales dorfales proueniunt, fecedit.

I. RAMVLVS eius METATARSICVS INTERNVS Tab. III. IV. Fig. 1. n. 271. ad mediam tergi pedis partem ab interno latere decurrit et prope tendinis flexoris pollicis longi infertionem furculum quendam ablegat 272. qui, in duo filamenta 273. 274. diuifus, in aponeurofi, quae mediam et internam partem dorfi pedis tegit, finitur. Quo edito, alium, 276. in duo filamenta

w) Vid. Eius Defcript. Nerui Ifchiad. p. 3.

x) SABATIER et MARTINVS. l. c.

y) WINSLOVIVS. Vid. Eius Expof. Anatom. l. c.

z) COOPMANS. Vid. Eius Neurolog. l. c.

*) HALLERVS. Vid. Eius Element. Phyf. l. c.

a) Vid. Eius Expof. Anatom. l. c.

b) Vid. Eius Inftitut. Neurolog. l. c.

c) Vid. Eius Expof. Anatom. l. c.

d) Vid. Eius Inftit. Neurolog. p. 247.

e) Metatarficos accommode vocauimus atque denominationem hanc et offium metatarficorum vicinitas et analogia ramulorum rami externi peronei fuperficialis, qui metatarfici ab omnibus fere anatomicis nuncupantur, confirmat et rectam iuftamque reddit. Caeterum non ignoramus, apud plures auctores ex his tantum enafci neruos metatarficos; fed profecto non commode, fi ad tirones fpectes: multae enim et faepius repetitae denominationes ramulorum et furculorum externorum et internorum horum neruorum cognitionem moleftiorem, quam facilem reddunt.

menta diuisum 277. 278. spargit, qui articulum pollicis pedis adit et neruus eius articularis internus est. Deinde alius prouenit 279. qui multis filamentis in latere interno pollicis absumitur et neruus dorsalis digitalis pollicis internus vocatur. Denique alium exhibet ab externo suo latere 280. qui cutim dorsi pollicis petit et in ea finitur.

II. RAMVLVS METATARSICVS EXTERNVS Tab. III. IV. Fig. 1. n. 281. alter rami interni nerui peronei superficialis ramulus est. Haud procul ab origine vnum surculum ante tendines extensoris digitorum communis exhibet, qui nonnullis filamentis aponeurosin dorsalem petit et in ea finitur. Alius prouenit, qui in cute dorsi pedis finitur. Porro supra mediam fere dorsi pedis partem descendit et alium ab interno latere spargit 282. qui in articulo pollicis desinit et articularis externus est. Deinde alius 283. emittitur, qui versus externum pollicis latus migrat ibique duobus filamentis 284. 285. finitur et neruus dorsalis digitalis pollicis externus est. Alius denique surculus 286. ad internum latus digiti secundi tendit ibique duobus filamentis 287. 288. in minora adhuc diuisis, cessat et neruus dorsalis digitalis digiti secundi internus est. Sed progredimur ad

RAMVM EXTERNVM nerui peronei superficialis, quem dorsalem externum appellamus et in sua sede Tab. III. Fig. 1. n. 289. ex hac vero dimotum Tab. IV. Fig. 1.. n. 289. depinximus. Mox antecedente crassior, mox tenuior est et ad mediam et externam dorsi pedis partem longe decurrit et in duos ramulos, metatarsicos dictos, diuiditur.

I. RAMVLVS eius METATARSICVS INTERNVS Tab. III. IV. Fig. 1. n. 296. ad mediam tergi pedis partem decurrit; in quo vero itinere a ramo interno nerui peronei superficialis, vt supra demonstrauimus, et a surculo ramuli metatarsici 295. augetur. Quo facto solus ad digitum pedis secundum et tertium proficiscitur et nonnullos ablegat surculos. Quidam eorum, interne ortus, 297. ad articulum digiti pedis secundi abit et articularis huius digiti externus est. Alius 298. ad externum digiti secundi latus migrat et duobus filamentis, 299. 300. minoribus, ad vnguem vsque proficiscitur atque neruus dorsalis digitalis digiti secundi externus est. Alius denique 301. ad latus internum digiti tertii tendit et duobus filamentis, 302. 303. minoribus, ad vnguem vsque abit, atque neruum dorsalem digitalem digiti tertii internum constituit.

II. RAMVLVS METATARSICVS EXTERNVS. Tab. IV. Fig. 1. n. 290. alter ramulus rami externi nerui peronei superficialis est et ad digitum tertium, quartum et vltimum, supra externam dorsi pedis partem proficiscitur et nonnullos spargit surculos. Vnus eorum, externe ortus, 291. duobus filamentis 292. 293. musculo extensori digitorum breui inseritur. Alius interne prouenit 295. et, vt antea diximus, anastomosin init cum socio metatarsico interno 296. Porro alius, externe enatus, 362. etiam musculo extensori digitorum breui exhibetur; alius, interne ortus, duobus filamentis 363. 364. in cute, mediam et externam dorsi pedis partem tegente, euanescit; alius 366. anastomoticus est et metatarsicum nostrum coniungit cum nerui communicantis tibiei sobole, de qua paulo inferius plura exponemus; alius, 367. in duo filamenta 368. 369. diuisus, ad articulum digiti tertii tendit et huius digiti articularis internus et externus est; porro alius 371. vno filamento ad latus externum digiti tertii, et altero ad latus internum digiti quarti ambulat et neruum dorsalem digitalem digiti tertii externum et digiti quarti internum repraesentat; vltimus denique 372. vno filamento 373. externo lateri digiti quarti prospicit et neruus dorsalis digitalis huius digiti externus est; altero vero 374. latus internum digiti quinti adit et dorsalem digitalem huius digiti internum constituit. Praeter hos surculos recensitos plures adhuc, leuioris vero momenti, ex metatarsicis ramulis proveniunt, qui in partibus dorsi pedis cutaneis, ligamentosis, carnosis et osseis absumuntur, quos vero propter eorum subtilitatem et minorem iconum nostrarum ambitum delineare et exprimere non potuimus. Caeterum monemus, quoad originem et distributionem propaginum nerui peronei superficialis multas dare diuersitates, ab auctoribus iam hinc inde obseruatas. Sed describendus restat alter nerui peronei ramus, scilicet

NERVVS PERONEVS PROFVNDVS, a WINSLOVIO [f] ramus anterior superior, a MARTINO [g] et aliis ramus muscularis vel interosseus vocatus. Tab. IV. Fig. 1 et 2. n. 304. Haud exiguus neruus est et inter tibiae et fibulae extremitatem superiorem interius et anterius inter musculum tibialem anticum et peroneum longum profunde procedit et statim exhibet

I. NERVVM MVSCVLI TIBIALIS ANTICI, primum a nobis dictum. Tab. IV. Fig. 1. n. 305. Ad externum tibiae angulum dirigitur et inter reliquos ramos longissimus et crassimus est atque numerosos spargit ramulos. Primus eorum 306. supra arteriam tibialem anteriorem flectitur, non nihil sursum ascendit et duobus surculis 307. 308. in superiore musculi tibialis antici parte euanescit, alio vero surculo 310. anastomosin init cum ramulo secundo. Ramulus secundus, cum primo coniunctus, mox in duos diuiditur surculos, vnum scilicet superiorem, alterum inferiorem. Superior surculus 311. tribus filamentis 312. 313. 314. in periostio tibiae desinere videtur; inferior vero duobus filamentis 316. 317. in media fere musculi tibialis antici parte cessat. Tertius 319. in duo secedit surculos, quorum vnus 320. versus arteriam tibialem anticam flectitur et in posteriore eius parte desinit; alter 321. duobus filamentis 322. 323. musculum suum intrat. Quartus, 325. in duo filamenta 326. 327. diuisus, in media parte huius musculi terminatur. Quintus denique ramulus 328. in tres diuiditur surculos 329. 330. 331. quibuscum eundem musculum adit et in eo finitur. Emisso hoc ramo, alius paulo post prouenit, scilicet

II. NERVVS MVSCVLI PERONEI LONGI, quem secundum vocamus Tab. IV. Fig. 1. n. 332. Breuis est et mox post originem suam in ramulum anteriorem et posteriorem abit, quorum anterior 333. anteriorem; posterior vero posteriorem sui musculi partem intrat et in ea terminatur.

III. NERVVS COMMVNIS musculi extensoris digitorum longi et extensoris pollicis longi Tab. IV. Fig. n. n. 353. oritur paulo infra antecedentem et gracilis trunculus est, qui mox in duo diuiditur fere aequales ramulos. Vnus eorum 336. ad musculum extensorem digitorum longum decurrit, primus huius carnis neruus vocatus, qui, in anterius et posterius filamentum diuisus, per musculum hunc disseminatur. Secundus 337. extensori pollicis longo inseritur, huius musculi neruus secundus appellatus, qui statim in eius carne cessat. Haud longe ab hoc, circa mediam circiter cruris partem, enascitur

IV. NERVVS

f) Vid. Eius Expos. Anatom. l. c.

g) Vid. Eius Institut. Neurolog. p. 248.

IV. NERVVS COMMVNIS musculi tibialis antici; extensoris digitorum longi et extensoris longi pollicis. Tab. IV. Fig. 1. n. 338. Breuis quidem trunculus est, attamen longos exhibet ramulos. Quorum primus 339. ad extensorem pollicis longum abit et magnam eius carnis partem, donec finiatur, percurrit atque huius neruus tertius est. Secundus 340. extensori digitorum longo prospicit, simplex eum intrat et neruus huius secundus est. Tertius denique, 341. inter reliquos longissimus et in duo surculos 342. 343. diuisus, longe in carne musculi tibialis antici decurrit et huius neruus secundus appellatur. Quo exhibito haud procul ab illo oritur

V. NERVVS MVSCVLI TIBIALIS ANTICI a nobis tertius nuncupatus. Tab. IV. Fig. 1. n. 344. Haud exigua nerui peronei profundi propago est, mox musculum intrans, in duos ramulos 345. 346. diuiditur, qui anteriorem et posteriorem eius carnem percurrunt ibique finiuntur.

VI. NERVVS MVSCVLI TIBIALIS POSTICI primus Tab. IV. Fig. 1. n. 347. posteriora versus et in regione cruris inferiore emittitur. Breuis et tenuis est atque mox in duos ramulos 348. 349. diuisus inferiorem sui musculi partem adit et in ea terminatur.

Progreditur nunc neruus peroneus profundus inter extensorem longum pollicis, tibialem anticum et ad latus tarsi interius transit, deinde subter ligamentum annulare et ad extensorem pollicis breuem in tarso profectus, supra regionem articuli pedis in conspectum venit et in duo secedit ramos, in ramum scilicet internum et externum.

RAMVS INTERNVS nerui peronei profundi a MARTINO[h] aliisque superficialis dorsalis appellatus, Tab. IV. Fig. 1. n. 350. externo longior crassiorque est et pone aponeurosin dorsalem in tarso versus digitum primum et secundum iter dirigit suum. In hoc vero itinere spargit

I. RAMVLVM COMMVNEM musculi extensoris breuis digitorum et musculorum interosseorum superiorum. Tab. IV. Fig. n. 1. n. 354. Ab externo latere alte, quando scilicet articulum pedis ramus internus transiuit, enascitur et mox in duos secedit surculos, quorum vnus vel anterior, 355. in duo filamenta 356. 357. diuisus, ad extensorem digitorum breuem tendit et in media eius parte euanescit atque neruum huius tertium constituit. Alter seu posterior surculus 358. duobus filamentis, in minora adhuc alia diuisis, 359. 360. superiores et externe positos musculos interosseos adit et in iis euanescit. Emisso hoc communi ramulo alius in regione ossis metatarsi primi exhibetur, qui est

II. NERVVS METATARSICVS POLLICIS. Tab. IV. Fig. 1. n. 351. Exiguus quidem est, attamen plures spargit surculos, qui partim in tendinosa dorsi pedis interna parte, partim in ligamentis et cute, latus internum et anticum pollicis tegente, absumuntur. Tandem ramus noster internus nerui peronei profundi tenuior factus ad externum pollicis et internum digiti secundi latus accedit ibique duobus surculis, quorum vnus 352. neruus dorsalis digitalis pollicis externus, alter vero 353. neruus dorsalis digitalis secundi digiti internus est et vterque ad apicem vsque digiti prolongatur, cessat. Quod nunc attinet ad

RAMVM EXTERNVM nerui peronei profundi Tab. IV. Fig. 1. n. 361. a MARTINO[i] aliisque ramus dorsalis profundus nuncupatur et interno gracilior breuiorque est. Musculum extensorem digitorum breuem subit et extrorsum breue iter persequitur suum. Inter ramulos, quos edit, notatu dignus est

I. COMMVNIS musculi extensoris digitorum breuis et musculorum interosseorum superiorum. Breuis est, sed satis crassus et mox in duos abit surculos. Vnus eorum ad musculum extensorem breuem digitorum ambulat et eius neruus quartus est: alter ad musculos interosseos superiores, externe positos, tendit et nonnullis filamentis per carnem eorum disseminatur. Vterque ab musculo extensore digitorum breui tectus est, igitur in iconibus nostris non conspicuus. Praeter hunc vero communem ramulum alii proueniunt, qui ad musculos interosseos superiores, interne collocatos; ad musculum extensorem breuem pollicis et ad ligamenta, in metatarso posita, abeunt. Caeterum rami externi et interni nerui peronei profundi, hucusque expositi, diuersitates dari leues, vnicuique facile erit intellectu. Sed de his satis dicta haec sunto. Nobis potius progrediendum est ad alteram internam et maiorem nerui ischiadici partem, scilicet ad

NERVVM TIBIALEM vel TIBIEVM, qui WINSLOVIO[k] sciaticus cruralis, seu popliteus internus, HALLERO[l] tibialis posterior vocatur Tab. IV. Fig. 2. n. 197. et continuatio trunci ischiadici ipsius est. Maiori pro neruo peroneo gaudet crassitie et quando hinc inde decrescere videtur, mox nouum incipit incrementum; vnde fit, vt in poplite plerumque gracilior, in cruris vero descensu crassior obseruetur. Inter caput longum et breue musculi bicipitis et ante superficiem posteriorem musculi tricipitis ad poplitem decurrit, in quo vero decursu ab interno suo latere spargit

I. NERVVM MVSCVLI SOLEI, quem primum vocamus Tab. IV. Fig. 2. n. 375. Oritur apud nos eo ipso loco, vbi arteria cruralis in auersa femoris parte inter musculos eminet et visui sese praebet. Tenuis quidem, attamen satis longus est et a latere externo cruralis arteriae longe decurrens musculo suo simplex inseritur. Quo facto in ramulum anteriorem et posteriorem diuiditur, quorum vterque in carne cessat. Edito hoc, externe prouenit

II. NERVVS CAPITIS BREVIS MVSCVLI BICIPITIS, quartus appellatus et Tab. IV. Fig. 2. n. 376. reclinatus depictus. Insignis et satis longus ramus est, qui ab interno latere hoc caput simplex intrat, perforato vero hoc, in tres ramulos diuisus, per inferiorem huius musculi partem disseminatur. Deinde ex eadem facie externa, sed profundius, nascitur

III. NERVVS COMMVNIS musculi gastrocnemii et plantaris, quem resectum sistit Tab. IV. Fig. 2. n. 377. Tenuis trunculus est et mox in duo ramos, in anteriorem scilicet et posteriorem secedit, quorum anterior, 378. posteriore lon-

h) Vid. Eius Instit. Neurolog. p. 249.

i) Vid. Eius Instit. Neurolog. l. c.

k) Vid. Eius Expos. Anatom. l. c.

l) Vid. Eius Element. Phys. l. c. p. 251.

longior, ad dextrum caput gastrocnemii oblique tendit et huius carnis neruum primum efficit; posterior, breuior, 379. duobus ramulis in musculo plantari euanescit et primus eius neruus est. Ad superiorem poplitis regionem nunc profectus noster tibialis ab interno suo latere exhibet trunculum satis robustum, qui est

IV. COMMVNIS capiti sinistro musculi gastrocnemii; musculo soleo, et neruo communicanti tibieo, quem abscissum et reclinatum sistit Tab. IV. Fig. 2. n. 380. Praestans omnino neruus est quid? quod inter reliquos ramos nerui tibialis praestantissimus. Haud procul ab origine sua bifurcatur et ramum posteriorem atque anteriorem exhibet. Ramus posterior 381. muscularis et anteriore breuior, sed grandior est ac duos edit ramulos, quorum vnus 382. tribus surculis 383. 384. 385. socia quadam arteriola in tribus diuersis locis sinistrum caput musculi gastrocnemii adit et huius carnis neruus primus est; alter ramulus 386. simplex ad musculum soleum accedit et secundum eius neruum constituit. Ramus deinde anterior 387. cutaneus est et communicans tibialis seu tibiei, vel cutaneus externus pedis, vel cutaneus longus vel dorsalis exterior ab auctoribus appellatur. Communicantis vero nomine eum cum IOERDENS [m] insignimus, quia a posteriore et anterioriore femoris facie neruum tibialem coniungit cum peroneo et arctissimum inter hos constituit vinculum. Insignis neruus est et neruo communicante peroneo robustior. In parte poplitis fere media Tab. III. Fig. 2. n. 287. ortus conspicitur; deinde in sulco illo leui, a concurrentibus musculi gastrocnemii capitibus formato, igitur e longitudine mediae surae partis, a neruo communicante peronei duplici ratione auctus, progreditur et supra tendinem Achillis, postea vero iuxta hanc versus malleolum externum iter suum dirigit et, ad externum dorsi pedis latus profectus, in regione digiti minimi finitur. In hoc vero itinere varios ablegat ramulos. Primus eorum, interne natus, Tab. III. Fig. 2. n. 388. cutaneus est et primo surculo 389. quem spargit, in adipe; secundo 390. in pinguedine, et tertio 391. in cute, inferiorem et internam surae partem tegente, terminatur. Sed non negamus, hunc primum semel tantum a nobis esse obseruatum. Secundus ramulus, 393. externe ortus, exiguus est et statim in duo filamenta 394. 395. diuisus, in pinguedine lateris exterioris et inferioris cruris euanescit. Ramulus tertius, 397. antecedentibus crassior, supra malleolum externum prouenit et neruus supramalleolaris a nonnullis vocatur. Tres ei sunt surculi, nempe superior, medius et inferior. Superior surculus 398. duobus filamentis 399. 400. per adipem, circa regionem supramalleolarem positam, disseminatur; medius 401. vno surculo 402. in adipe, supra malleolum collocato, finitur, altero 403. vero infra malleolum in cute cessat; inferior tandem surculus 404. profunde serpit, et surculum 405. adipi largitus duobus aliis 406. 407. in cute euanescit. Exhibito hoc ramulo tertio neruus communicans tibialis vltra progreditur et, quando infra malleolum versus dorsum pedis iter direxit suum, a nonnullis neruus inframalleolaris nuncupatur et, antrorsum nunc flexus, spargit ramulum quendam 409. in cute lateris externi pedis desinentem, quem MARTINVS [n] cutaneum dorsalem vocat. Quo emisso in duo fere aequales ramulos, in internum scilicet et externum secedit. Internus Tab. III. Fig. 2. n. 415. et Tab. IV. Fig. 1. n. 415. vulgo dorsalis internus, sed rectius, ex nostra qualicunque sententia, metatarsicus [o] appellatus, statim, vt supra demonstrauimus, cum neruo peroneo profundo, ope neruuli anastomotici, 366. coniungitur et tunc abit in surculum internum et externum. Internus, 421. trifidus, ad digitum tertium et quartum tendit et primo filamento 424. ad latus externum digiti tertii migrat et huius digiti neruum dorsalem seu digitalem externum sistit; secundo filamento 423. articulum digiti quarti adit et articularis est; tertio filamento 422. ad latus internum digiti quarti accedit et eiusdem digiti dorsalem digitalem neruum internum repraesentat. Externus surculus 416. vno filamento 420. ad externam faciem digiti quarti tendit et huius digiti neruus dorsalis digitalis externus est; altero vero filamento, Tab. IV. Fig. 1. n. 417. in duo minora adhuc diuiso, 418. 419. interno lateri digiti minimi inferitur et huius neruum dorsalem digitalem internum sistit. Externus ramulus, dorsalis seu metatarsicus dictus, 410. spargit surculum quendam cutaneum, 411. qui cutaneus dorsalis nuncupatur et mox in integumentis, lateralem externam pedis partem inuestientibus, consumitur. Quo facto propius ad digiti minimi faciem externam accedit et, duobus surculis 413. 414. in ea finitus, neruum huius digiti dorsalem digitalem externum constituit. Quod reliquum est, monemus, quoad ortum et descensum nerui communicantis tibiei, ad finem nunc perducti, paucas; quoad vero distributionem eius, praesertim in dorso pedis, plures dari diuersitates. Sed reuertamur vnde digressi sumus, scilicet ad neruum nostrum tibialem in poplite relictum. Haud procul a communi trunculo, hucusque exposito, interne prouenit

V. TRVNCVLVS nerui musculi solei, poplitei et dextri capitis musculi gastrocnemii, quem abscissum Tab. IV. Fig. 2. n. 425. exhibet. Antecedente quidem gracilior est, attamen numerosam edit sobolem. Sic mox paulo infra originem suam, id est in plica poplitis, in tres abit praecipuos ramulos. Primus eorum, reliquis insignior, 426. antequam musculum soleum intret, cuius tertius neruus est, in duo diuiditur surculos, scilicet in internum et externum; internus, 427. in duo filamenta diuisus, 428. 429. ad internam, externus vero, 430. in duo quoque filamenta 431. 432. partitus, ad externam sui musculi lateralem partem proficiscitur et per carnem large disseminatur. Secundus ramulus, 433. profundius positus, ad musculum popliteum tendit et huius primum neruum efficit, qui duobus surculis, externo 435. nempe et interno 434. in eo finitur. Tertius denique ramulus 436. ad dextrum caput musculi gastrocnemii extrorsum iter dirigit suum et huius neruus secundus est. Musculo suo insertus, surculum externum 437. et internum 438. exhibet, quibuscum carnem peragrat et in ea finitur.

NERVVS TIBIALIS, hucusque progressus, nunc mediam poplitis partem transgreditur et supra musculum popliteum decurrens, ad latus musculi plantaris et inter capita gastrocnemii oculis subtractus, descendit et postquam soleum musculum perforauit, inter hunc et flexorem longum digitorum pedis ad malleolum internum iter dirigit suum. In hoc vero itinere plures adhuc ablegat ramos, inter quos notamus

VI. NERVVM COMMVNEM musculi poplitei et ligamenti interossei Tab. IV. Fig. 2. n. 439. Ex facie externa et non nihil posteriore prouenit, in ea fere regione, in qua cartilago posita est semilunaris; ad musculum vero popliteum profectus, bifurcatur. Vnus eius ramulus 440. breuis est et in duo diuiditur surculos, quorum internus 440. a. duobus filamentis 441. ad interiorem; externus vero, 442. simplex, externam sui musculi partem intrat et huius neruum secundum repraesentat. Alter ramulus, 443. longior crassiorque, ad ligamentum interosseum, tibiam et fibulam connectens, abit et vno surculo 444. tibiae

m) Vid. Eius Descript. Neru. Ischiad. p. 8.

n) Vid. Eius Institut. Neurolog. l. c.

o) Propter analogiam nerui peronei et praecipue eam ob causam, cum nerui dorsales nostri ex hoc deinde proueniant.

444. tibiae, altero vero 445. fibulae inſeritur et in membrana, vt vocant, medullari horum oſſium diſtribuitur. Abſque dubio noſter hic ramus cum illo, a Cel. MVRRAY [p] obſeruato, vnus idemque eſt. Sed, emiſſo hoc, ab eadem facie externa et haud procul ab hoc enaſcitur

VII. NERVVS COMMVNIS muſculi ſolei et flexoris pollicis pedis longi. Tab. IV. Fig. 2. n. 446. Mox poſt originem ſuam in ramulum anteriorem et poſteriorem diuiditur, quorum anterior, 452. longior et cum alio neruo muſculi ſolei, poſtea deſcribendo, coniunctus, ſub hoc muſculo longe decurrit; ad inferiorem vero eius carnoſam partem profectus, huic inſeritur et, in duo filamenta diuiſus, ibi finitur. Neruus huius muſculi quartus eſt. Poſterior et breuior ramulus 447. ad flexorem pollicis longum tendit et primus eius neruus eſt. Antequam vero hunc intret, tres exhibet ſurculos, quorum primus, 448. internus, in poſteriore ſuperiore, ſecundus vero, externus, 450. et tertius, internus, 451. in ſuperiore interna laterali eius parte diſtribuitur et hac ratione finitur. Ramus, qui deinde e tibialis nerui interno latere prouenit, eſt

VIII. NERVVS MVSCVLI SOLEI, quem abſciſſum et reclinatum ſiſtit Tab. IV. Fig. 2. n. 453. Neque craſſus neque longus eſt, ſed mox proxime adiacenti ſuo muſculo, cuius neruum quintum effingit, inſeritur. Ante inſertionem vero bifurcatur et in ramulum internum, 454. in duos ſurculos diuiſum, 455. et ramulum externum, 456. ſimplicem vtrumque, in inferiore corporis ſolei parte deſinentem, ſecedit. De externo adhuc monendum eſt, hunc non ſolum, ſed cum antecedente neruo ſolei 452. anaſtomoſeos ope coniunctum inſtar vnius nerui, illam muſculi partem intrare, et in ea finiri. Caeterum ad alium, ab externo latere emiſſum ramum, progredimur, ſcilicet ad

IX. NERVVM COMMVNEM muſculi tibialis poſtici; flexoris longi digitorum; flexoris longi pollicis et nerui cutanei poſterioris inferioris interni primi. Tab. IV. Fig. 2. n. 457. Non admodum magnus trunculus eſt, largos tamen partibus vicinis carnoſis et cutaneis largitur ramulos, qua de cauſa ſtatim poſt ortum ſuum diuiditur in duas partes. Vna pars, longior, 458. a facie externa nerui tibialis paululum decurrens a ſurculo anaſtomotico 459. quodam, a neruo tibiali proueniente, augetur, quo facto, bifurcatur et exteriora verſus neruum muſculi flexoris longi pollicis ſecundum ſeu inferiorem 460. ſpargit, qui tribus filamentis 461. 462. 463. medium fere ventrem huius muſculi ab interna parte adit et per eum diſſeminatur; verſus interiora vero neruum cutaneum exhibet, quem propter ſitus et numeri rationem poſteriorem inferiorem internum primum, vel ſubſuralem internum ſuperiorem 464. vocamus. Mox ſub ſura in interno cruris latere ad cutim propius accedit et filamentum ablegat 465. in adipe, circa hanc partem poſito, euaneſcens. Quo emiſſo ſub integumentis communibus apparet Tab. II. Fig. 2. n. 466. et tribus finitur ramulis, quorum internus 467. duobus ſurculis 468. cutim, medius 469. quoque cutim, ſed remotiorem, externus denique 470. adipem adit et in eo diſtribuitur. Altera pars 471. nerui noſtri communis mox ablegat verſus internum cruris latus neruum muſculi flexoris longi digitorum primum, 472. qui neruum et arteriam tibialem poſteriorem ſubit et, in duo filamenta Tab. IV. Fig. 2. n. 473. 474. diuiſus, ſuperiorem et externam ſui muſculi partem intrat et in ea terminatur. Verſus exteriora vero altera illa pars 471. ſurculum 475. ablegat, qui communis eſt muſculo tibiali poſtico et flexori digitorum longo. Poſtquam enim ſub neruo tibiali oblique ad internam cruris faciem iter direxit ſuum, ante arteriae tibialis poſterioris latus externum in anterius et poſterius filamentum diuiditur. Anterius duobus fibrillis 476. 477. arteriam ſaepius nominatam tranſit et muſculo flexori digitorum longo, cuius ſecundus neruus eſt, inſeritur; quum poſterius 478. ſub illa arteria ad muſculi tibialis poſtici ſuperiorem partem, cui primum neruum porrigit, tendat, et quatuor filamentis 479. 481. 483. 484. in ea terminetur. Procedit deinde neruus tibialis inter muſculum flexorem longum pollicis et digitorum ad mediam cruris partem et nunc ex poſteriore et externa ſua facie emittit

X. NERVVM MVSCVLI TIBIALIS POSTICI ſecundum, Tab. IV. Fig. 2. n. 485. tenuem quidem, ſed ſatis longum, qui, iuxta tibialem neruum pauliſper decurrit et deinde eum tranſgrediens, verſus interiora et poſteriora reflectitur et nonnullis ſurculis in media fere ſui muſculi parte terminatur. Neruus porro eum ſubſequens eſt

XI. NERVVS MVSCVLI FLEXORIS LONGI DIGITORVM PEDIS tertius, quem e ſua ſede paululum dimotum repraeſentat Tab. IV. Fig. 2. n. 486. Ab interno tibialis nerui latere ortus, ſub arteria tibiali poſtica paululum moratur, ſed deinde a latere eius interno longe decurrit et tribus ramulis externam lateralem ſui muſculi partem adit, quorum primus, 487. mox in duos ſurculos 488. 489. diuiſus, mediam fere eiuſdem muſculi partem intrat ibique dominatur; ſecundus vero 491. et tertius 492. haud procul a malleolo interno inferiorem eius partem petunt et in ea finiuntur. Exhibito vero hoc ab eadem nerui tibialis interna facie, enaſcitur

XII. NERVVS CVTANEVS POSTERIOR INFERIOR INTERNVS ſecundus, ſeu SVBSVRALIS INTERNVS INFERIOR, quem in ſuo ſitu Tab. II. Fig. 2. n. 493. ex illo vero dimotum Tab. IV. Fig. 2. n. 493. ſiſtit. Super malleolum internum inter tendinem Achillis et muſculum flexorem digitorum longum foras egreditur et in duo mox abit ramulos, quorum internus 494. duobus ſurculis 495. 496. cuti, malleoli interni poſteriorem faciem obducenti, inſeritur; externus vero 497. vno ſurculo 498. ſupra malleolum illum, altero 499. infra illum per adipem, hanc regionem munientem, diſſeminatur et hac ratione finitur. Tandem ex latere nerui tibialis externo vltimus prouenit ramus, ſcilicet

XIII. NERVVS CVTANEVS POSTERIOR INFERIOR EXTERNVS ſecundus, ſeu SVBSVRALIS EXTERNVS INFERIOR, quem in ſua ſede Tab. II. Fig. 2. n. 500. ex illa vero dimotum Tab. IV. Fig. 2. n. 500. depinximus. Supra malleolum externum inter muſculum peroneum breuem et flexorem longum pollicis egreditur et ad cutim propius accedit. Quo facto ſtatim in duo ramulos diuiditur, quorum internus breuis 501. in adipe, poſteriorem regionem huius malleoli cingente, euaneſcit; externus vero, longior, 502. duobus neruulis 503. 504. cutim adit et mox in ea finitur.

NERVVS TIBIALIS, exhibitis hiſce ramis, nunc abſque vllo praecipuo ſparſo ramulo vlterius inter muſculum flexorem longum digitorum et pollicis progreditur et pone malleolum internum per cauam illam partem, huic malleolo et oſſi calcis interpoſitam, ad plantam pedis proficiſcitur. Antequam vero hanc pedis partem attingat nomen ſuum mutat et nomine NERVI PLANTARIS venit. Quod vero ſupra de neruo popliteo monuimus, idem fere etiam de hoc monendum eſt. Quando enim

 iam

p) Vid. Eius Diſſ. de Senſ. Oſſ. Morboſ.

iam in hac descripta cauitate neruus tibialis in neruum plantarem internum et externum, quod non raro fit, diuiditur, nullus obseruatur neruus plantaris. Quando vero in planta pedis illa diuisio, quod saepius quoque fit, absoluitur, et pars nerui tibialis vltima, in cauo illo ossis calcis posita, simplex in cadaueribus inuenitur, neruus plantaris est. Non igitur est, quod miremur, si apud auctores ille vel inueniatur, vel desideretur. Quae vero cum ita sint, aut ex neruo plantari ipso aut ex neruo plantari interno, tamquam praecipuo suo ramo, in regione illa oritur

I. NERVVLVS SVBCVTANEVS OSSIS CALCIS Tab. IV. Fig. 3. n. 1. qui, ad tuberositatem calcanei profectus, in anteriorem, medium et posteriorem surculum abit, quorum anterior 2. simplex, anteriorem; medius, 3. in duo filamenta diuisus, mediam, et posterior, simplex, 4. posteriorem denique calcanei tuberositatis partem adit et in periostio et membrana eius medullari, seu periostio interno finitur. Quo facto

II. Alius NERVVLVS CVTANEVS Tab. IV. Fig. 3. n. 5. emittitur, qui duobus surculis cuti, illam cauitatem tegenti, inseritur ibique cessat. Nunc vero plantaris neruus bifurcatur et ramum principalem internum et externum exhibet, qui variis plantae pedis partibus prospiciunt et prope vngues tandem finiuntur.

NERVVS PLANTARIS INTERNVS, a WINSLOVIO q) ramus internus maior nerui plantaris, in Tab. IV. Fig. 3. prope tuberositatem ossis calcis conspicuus, a MARTINO *) ramus tibialis interior nuncupatur. Breuis est et statim post originem suam ramum internum et externum sistit.

RAMVS INTERNVS nerui plantaris interni, Tab. IV. Fig. 3. n. 6. paululum progressus, ramulum, in nostris iconibus non conspicuum, oblique ad musculum flexorem breuem digitorum haud procul ab origine sua mittit. Quo facto

I. RAMVLVS LIGAMENTOSVS Tab. IV. Fig. 3. n. 7. ab externa eius facie oritur, et in duo surculos diuisus, 8. 9. ad corpus calcanei tendit, fibris ligamentosis, hic loci positis, intermiscetur et hac ratione finitur. Deinde ab interna eius facie prouenit

II. RAMVLVS CVTANEVS Tab. III. et Tab. IV. Fig. 3. n. 10. satis crassus, qui tribus surculis in interna et laterali pedis parte absumitur. Primus eorum, seu superior 11. simplex est et in adipe cessat; secundus, seu medius 12. ad cutim progreditur; tertius denique seu inferior 13. longum versus internam pollicis partem iter facit et in cute, hanc regionem inuestiente, terminatur. Paulo post hunc ab eadem interna facie ramulus, in iconibus nostris non conspicuus, ad musculum adductorem pollicis tendit ibique euanescit. Ramus deinde internus noster iuxta hunc musculum plantam percurrit; ad flexorem vero pollicis proprium profectus, tendinem eius transmigrat et, quando os metatarsi primum attingit, mutato nomine ramus metatarsicus 14. vocatur r) et tandem in latere interno pollicis fit

III. RAMVLVS PLANTARIS DIGITALIS POLLICIS INTERNVS, qui ad vnguem vsque decurrit et, postquam anastomoses cum propaginibus nerui peronei iniuit, in hac regione euanescit. Accedimus igitur ad

RAMVM EXTERNVM nerui plantaris interni Tab. IV. Fig. 3. n. 45. haud procul ab origine sua in duas partes secedentem, quas commodo nomine neruos tarsicos vocamus s).

TARSICVS INTERNVS NERVVS, Tab. IV. Fig. 3. n. 15. ad regionem ossis scaphoidei in cadauere nostro profectus, in duo metatarsicos diuiditur.

METATARSICVS INTERNVS Tab. IV. Fig. 3. n. 15. a. et 17. per plantam ad primum et secundum digitum decurrit et in hoc itinere spargit

I. RAMVLVM INTEROSSEVM, Tab. IV. Fig. 3. n. 16. qui, interne ortus, ad musculum primum interosseum tendit ibique cessat. Quo exhibito, in duo abit plantares digitales ramulos, quorum vnus est

II. RAMVLVS PLANTARIS DIGITALIS POLLICIS EXTERNVS Tab. III. et IV. Fig. 3. n. 18. ad externum latus huius digiti migrans et ad cutim nonnulla filamenta emittens. Aliud vero filamentum articulum adit 19. et neruus huius digiti articularis est. Alter

III. RAMVLVS PLANTARIS digitalis digiti secundi INTERNVS, Tab. III. et IV. Fig. 3. n. 22. qui ad internum latus huius digiti proficiscitur et ad vnguem vsque extenditur. In hoc vero itinere exhibet filamentum, 21. ad interuallum pollicis et huius digiti accedens et in cute finitum. Sed progredimur ad

METATARSICVM EXTERNVM NERVVM, Tab. IV. Fig. 3. n. 23. qui altera propago nerui tarsici interni est. Haud procul ab origine sua neruum exhibet 41. qui hunc cum alio metatarsico, vt paulo inferius ostendemus, coniungit. Ex hoc vero anastomotico

IV. NERVVLVS PLANTARIS CVTANEVS Tab. III. et IV. Fig. 3. n. 28. prouenit, qui, postquam aponeurosin plantarem in media fere sua parte penetrauit, cutaneus euadit et mox in tria abit filamenta. Primum eorum, Tab. III. Fig. 3. n. 30. in duas fibrillas partitum, 31. 32. partim in cute, partim in adipe lateris plantae pedis interni prope pollicem euanescit. Secundum seu medium 33. versus digitum pedis secundum et tertium proficiscitur et duabus fibrillis 34. 35. in huius regionis cute finitur.

q) Vid. Eius Expos. Anat. l. c.

*) Vid. Eius Instit. Neurolog. p. 243.

r) Metatarsicorum nomine hos ramos ex iisdem fere rationibus, quas supra iam protulimus, igitur neutiquam ex nouaturiendi pruritu, insignimus.

s) Tarsicos hos appellamus, quum repetita ramorum internorum et externorum denominatio non solum taedium excitet, sed etiam tironum memoriam et imaginationem vexet.

finitur. Tertium denique 36. versus digitum pedis quartum et quintum migrat et tribus fibrillis 37. 38. 39. et in adipe et cute, hanc externam plantae pedis partem tegente, terminatur. Sed praeter hunc cutaneum ex metatarsico externo in regione basis secundi ossis metatarsi nascitur

V. RAMVLVS INTEROSSEVS Tab. IV. Fig. 3. n. 25. qui musculum interosseum digiti secundi adit et in eo distribuitur. Post hunc alius emittitur

VI. RAMVLVS INTEROSSEVS, Tab. IV. Fig. 3. n. 26. ad musculum interosseum digiti tertii proficiscens. Exhibitis his, diuiditur metatarsicus noster in duo ramulos, quorum vnus est

VII. RAMVLVS PLANTARIS DIGITALIS digiti secundi EXTERNVS Tab. III. et IV. Fig. 3. n. 27. qui ad externam huius digiti faciem tendit et in nonnullis filamentis in eius apice finitur. Alter est

VIII. RAMVLVS PLANTARIS DIGITALIS digiti tertii INTERNVS Tab. III. et IV. Fig. III. n. 28. qui ad internum huius digiti latus migrat et eadem ratione euanescit. His ramis ad finem perductis, transimus ad

NERVVM TARSICVM EXTERNVM, Tab. IV. Fig. 3. n. 46. propaginem rami externi nerui plantaris interni, qui per mediam plantam, absque vllo praecipuo sparso neruulo iter dirigit suum; ad os vero cuboideum profectus, in duo abit metatarsicos. Vnus eorum

METATARSICVS INTERNVS, Tab. IV. Fig. 3. n. 42. cum metatarsico externo, neruulo anastomotico 41. coniunctus et ab eo auctus, ad interuallum, quod digitum tertium et quartum intercipit, proficiscitur et tunc duo ablegat ramulos, scilicet

IX. RAMVLVM PLATAREM DIGITALEM digiti tertii EXTERNVM Tab. III. et IV. Fig. 3. n. 43. qui in latere externo huius digiti distribuitur et, factis cum aliis digitalibus neruulis anastomosibus, in apice tandem cessat. Deinde

X. RAMVLVM PLANTAREM DIGITALEM digiti quarti INTERNVM Tab. III. et IV. Fig. 3. n. 44. qui internam huius digiti faciem adit et neruorum digitalium more dispergitur atque finitur. Nunc

METATARSICVS EXTERNVS, Tab. IV. Fig. 3. n. 49. altera tarsici externi illius propago, haud procul ab origine sua exhibet

XI. RAMVLVM INTEROSSEVM Tab. IV. Fig. 3. n. 48. qui ad musculum interosseum digiti tertii ambulat et in eo cessat. Emisso vero hoc, longe per plantam ad digitum quartum et quintum decurrit et, ad hunc locum profectus, abit in duo ramulos, quorum vnus est

XII. RAMVLVS PLANTARIS DIGITALIS digiti quarti EXTERNVS Tab. III. et IV. Fig. 3. n. 50. qui ad externum latus huius digiti migrat et in hoc nonnullis filamentis finitur. Alter denique ramulus

XIII. RAMVLVS PLANTARIS DIGITALIS digiti quinti INTERNVS Tab. III. et IV. Fig. 3. n. 51. interno huius digiti lateri prospicit et postquam nonnulla filamenta emisit et cum aliis sese coniunxit, in apice huius terminatur. Sic neruus plantaris internus plantam percurrit et in partibus, hic loci positis, large distribuitur. Caeterum monemus, praeter has recensitas eius propagines alias, sed leuioris momenti, dari, quas vero, breuitatis causa, intactas relinquimus. Accedimus potius ad alteram, vel nerui tibialis, vel plantaris partem externam, plantae pedis faciem occupantem.

NERVVS PLANTARIS EXTERNVS, a WINSLOVIO [t] ramus externus minor; a MARTINO [u] ramus tibialis exterior vocatus, Tab. IV. Fig. 3. n. 55. qui inter flexorem communem digitorum breuem et cutaneum progreditur, deinde ad carnem quadratam Syluii et adductorem digiti minimi accedit et tandem in digito minimo terminatur. In hoc vero itinere varios ablegat ramulos, inter quos referendus est

I. RAMVLVS SVBCVTANEVS Tab. IV. Fig. 3. n. 56. qui prope originem plantaris externi in fossa illa, quam sinuositatem ossis calcis vocant, enascitur et periostio calcanei atque cuti prospicit. Postquam arteriam plantarem externam transcendit, in duo abit surculos, quorum vnus 57. tribus filamentis 58. 59. 60. in regione inferiore tuberositatis ossis calcis periostio externo et interno inseritur ibique finitur; alter surculus trifidus quoque est 61. 62. 63. et partim in cute, partim in periostio, inferiorem colli ossis calcis partem cingente, euanescit. Emisso hoc ramulo, neruus plantaris externus paululum progreditur, exhibitis aliis neruis pro musculo flexore digitorum breui et carnis quadratae; mox constanti fere modo in duo secedit ramos, quorum internus, profundus, externus vero superficialis nuncupatur. Apud nos trifidus est et, cum hoc rarius fiat, plura de hac varietate dicere liceat. Prima igitur eius propago interne prouenit et

RAMVS INTERNVS, seu PROFVNDVS aliorum auctorum, est. Tab. IV. Fig. 3. n. 52. Longus quidem, sed tenuis est et mox in profundiorem plantae pedis partem descendens plures emittit soboles. Quarum est

I. NERVVS MVSCVLI ABDVCTORIS POLLICIS, quem Tab. IV. Fig. 3. n. 53. abscissum sistit. Breuis est et mox in duo surculos diuisus musculum suum intrat et in eo finitur. Deinde

II. NERVVS MVSCVLI FLEXORIS BREVIS DIGITI MINIMI, quem Tab. IV. Fig 3. n. 54. resectum repraesentat, quique antecedenti quoad crassitiem et longitudinem haud dissimilis, mox in carne sui musculi absumitur. Caeterum ex hoc interno,

t) Vid. Eius Expos. Anatom. l. c.

u) Vid. Eius Institut. Neurolog. l. c.

terno, feu profundo ramo plures tenues gracilefque propagines exeunt, mufculis interoffeis aliifque inferuientes. Sed reuertitur ad neruum plantarem externum et fecundam eius prolem confideramus, quae eft

RAMVS MEDIVS, feu aliorum auctorum externus vel fuperficialis. Tab. IV. Fig. 3. n. 64. Non nihil inter carnem quadratam et mufculum flexorem digitorum breuem flectitur et his neruulos tribuit; quo facto vlterius pergit et poftquam neruulum mufculi abductoris et flexoris breuis digiti minimi ablegauit, magis magifque ad externum pedis latus vergit et ad digitum quintum profectus, in duo finditur ramulos, qui funt

I. RAMVLVS PLANTARIS, feu DIGITALIS digiti quinti EXTERNVS Tab. III. et IV. Fig. 3. n. 65. qui huius digiti externam oram legit et poftquam fefe cum aliis coniunxit et nonnulla filamenta exhibuit, neruorum digitalium more hic loci terminatur.

II. RAMVLVS CVTANEVS. Tab. III. et IV. Fig. 3. n. 66. E regione capitis offis metatarfi quinti oritur et externam et non nihil fuperiorem partem pedis adit. Quo facto anaftomofin init cum propaginibus nerui communicantis tibiei et in cute, hic loci pofita, tandem finitur. Reftat adhuc nerui plantaris externi

RAMVS TERTIVS, quem externum vocamus. Tab. III. et IV. Fig. 3. n. 67. Satis longus eft et totam plantae pedis lateralem externam mediam et inferiorem partem occupat. Ramuli vero, quos ablegat, et quos refectos fiftunt noftrae icones, funt

I. RAMVLVS MVSCVLI ABDVCTORIS digiti minimi Tab. III. et IV. Fig. 3. n. 68. qui interne oritur, fimplex eft et mox in carne definit.

II. RAMVLVS FLEXORIS BREVIS et INTEROSSEI digiti quinti Tab. III. et IV. Fig. 3. n. 69. non adeo exiguus eft et in duo diuiditur furculos 69. a. 69. b. quorum vnus ad illum, alter ad hunc mufculum tendit et in eo terminatur.

III. RAMVLVS CARNIS QVADRATAE SYLVII, quem abfciffum et reclinatum repraefentat Tab. III. et IV. Fig. 3. n. 70. quique reliquorum minimus mox mufculum fuum intrat et in eo euanefcit. Caeterum notamus, neruos plantares ad fimilitudinem neruorum palmae manus diftribui et hos inter ac illos parum intercedere diuerfitatis.

Quod reliquum eft, ex origine et diftributione nerui cruralis, obturatorii et ifchiadici permulta corporis aegroti fymptomata facile deducere et explicare poffemus; quam vero rem, extra limites tractationis noftrae pofitam, ftudiofi, quamquam inuiti, praeterimus.

Tab. I.

Fig. I.



Delin. Camper.

Fig. II.

Delin. et sculpsit Auctor.

TAB. I.

FIG. I.

Delin. Camper.

FIG. II.



Delin. et sculp. Auctor.

EXPLICATIO TABVLARVM.

TABVLAE PRIMAE FIGVRA PRIMA.

Quum haud ignoraremus, plures nouam a nobis exſpectaturos eſſe Lectores neruorum peluis delineationem; attamen non potuimus exſpectationi huic ſatisfacere. Nouam enim peluis conficere iconem, Petri Camperi illa omnibus ex partibus perfectiorem, ex noſtra quidem ſententia res eſt aeque ſummi artificis ac ſagaciſſimi diſſectoris. Grauitatis igitur huius rei et virium tenuitatis noſtrae non immemores, a tali periculo abſtinuimus; potius apud animum conſtituimus, iconem Camperianam *), praeſtantiſſimam illam, tractationi huic noſtrae, tanquam praecipuum ornamentum, inſerere.

Siſtit vero icon haec in naturali magnitudine, qualis in virili cadauere robuſto et formoſo occurrebat, vt et in naturali ſitu peluis oſſeam compagem vna cum ligamentis et neruos, praecipue originem nerui iſchiadici, ſeu plexum, vt vocant, iſchiadicum lateris dextri eiuſque nexum cum neruo ſympathico magno.

I. II. III. Tres vltimae vertebrae lumbales.

I. II. III. IV. V. Quinque vertebrae ſpuriae oſſis ſacri, ſerra ad lineam perpendicularem diſſectae.

A. B. Commiſſura oſſium pubis.

A. C. Pars ſynchondroſeos pulpoſa.

B. C. Pars ſynchondroſeos ligamentoſa.

O. P. Q. R. Quatuor oſſicula oſſis coccygis.

Γ. Δ. Θ. Ligamentum thyroideum.

2. Θ. Apertura lunata pro tranſmittendis vaſis obturantibus.

Λ. Ξ. Σ. R. Ligamentum ſacro iſchiadicum breue, ſeu internum.

Ψ. Ξ. R. Ligamentum ſacro iſchiadicum longius, ſeu externum.

Ω. ϛ. Ligamentum coccygis.

α. β. γ. δ. ε. oſſis iſchii ſuperficies cartilagine cruſtata, ſuper quam muſculi obturatoris interni tendo veluti ſuper trochleam mouetur.

β. γ. δ. Eminentiae cartilagineae.

η. Vnio oſſis ſacri cum innominato.

ϑ. Vena obturatoria.

b. 2. Arteria obturatrix.

κ. Muſculus pſoas.

λ. μ. Erector penis.

ν. ξ. Ξ. Muſculus pyriformis.

ο. π. Ligamentnm vertebrarum longum anterius.

ρ. σ. τ. υ. Diuiſiones inter corpora ſpuria oſſis ſacri.

1. 2. 3. Neruus obturatorius.

4. 5. Ramus iſchiadicus primus ex duobus neruis lumbalibus formatus.

6. 5. 7. Ramus iſchiadicus alter ex ſacro primo oriundus.

8. 7. 11. Iſchiadici nerui ramus tertius ex ſacro ſecundo natus.

9. i. Ex eodem ſacro ramus inſignis, qui neruo pudendo iungitur.

10. 9. Neruus ſacer tertius, qui, cum ſecundo vnitus, iſchiadico additur. 9. 23.

4. 21. Ramus e lumbalibus ad gluteos progrediens.

22. 23. Neruus iſchiadicus et eius elegans plexus inter 4. 5. 6. 7. 8 et 9.

24. Neruus ſacer quartus.

25. Neruus ſacer quintus.

26. Neruus ſacer ſextus, ſeu coccygeus.

27. 28. Neruus inguinalis ad glandulas inguinales et cremaſterem decurrens.

11. 12. Neruus pudendus ſub ligamento ſacro iſchiadico progrediens

12. 13. Ramum inſignem ano eiuſque muſculis exporrigit.

14. 15. 16. Neruus erectori et tranſuerſalis perinaei et ipſo perinaeo ramos tribuens.

19. Ramus pudendus inferior reſectus.

a. b. Truncus nerui intercoſtalis ex lumbis proueniens et

b. ganglion formans.

c. Ramus e lumbalibus vltimis ganglio b. iunctus.

d. Ramus e primo neruo ſacrali.

6. Alter ramus ex eodem ſacrali ortus et ganglio ſecundo vnitus.

e. Ganglion ſecundum.

f. Ganglion tertium, quod e ſacrali ſecundo

h. f. et g. f. binos ramulos acquirit.

f. i. Neruus intercoſtalis tenuior factus, qui ex ſecundo ſacrali ramulum

k. l. adipiſcitur et alio

m. l. ex tertio ſacrali augetur. Vnde

l. o. Duplex ganglion, cui ramus inſignis

24. o. ex neruo quarto accedit.

o. n. q. Neruus intercoſtalis cum quo ramulus ex ſacro quinto 25. ſe coniungit.

p. 9. 26. Nerui intercoſtalis terminus vltra quem eum proſequi non licuit. Inſignem tamen ramum ex coccygeo 26. neruo deriuat.

1. 26. Neruus ſacer ſextus, ſeu coccygeus, qui muſculo coccygeo et vicinis partibus ramulos largitur.

Cum elegans haec Camperi icon res, in pelui contentas, in naturali ſitu repraeſentet, factum eſt, vt Vir ille Celeberrimus ad neruorum diſtributionem ſubtiliſſimam attendere non poſſet. Quidquid igitur in pictura hac deſiderabunt, in ſequente nunc figura inuenient Lectores.

*) Vid. Eius Demonſtrat. Anatom. Patholog. Libr. II.

TABVLAE PRIMAE FIGVRA SECVNDA.

Icon haec ex cadauere feminino, quadraginta circiter annos nato, deſumta et ſummo cum ſtudio ad normam iconis Walterianae *) eſt exarata. Quum enim in principia neruorum lumbalium et ſacralium inquirentes obſeruauerimus, aliquam hinc inde ramulorum neruoſorum a Walterianis iſtis diuerſitatem eſſe, hanc rem, notatu omnino dignam, cum Lectoribus commmunicare, apud animum conſtituimus. Ne vero quis credat, nos tanta virium noſtrarum opinione eſſe occupatos, qui nobis perſuaderemus, hiſce obſeruationibus iconem illam Walterianam egregiam nos aut corrigere, aut emendare poſſe, rem ſic inſtituimus, vt eoſdem tantum neruos, quos ſcilicet Cel. ille Auctor detexit atque depingi iuſſit, detegere, depingere Walterianisque

notis

*) Vid. Eius Tab. Neruor. Thor. et Abdom. Tab. I. Fig. 2.

notis deſignare ſtuderemus. Factum igitur eſt, vt ab filamentorum iſtorum, quae obſeruauimus, et delineatione abſtinuerimus, et de his tantum in Figurae huius explicatione quaedam exponere auſi ſimus. Qua de re icon haec ab WALTERIANA in eo tantum differt, vt tertia et quarta lumbalis vertebra, deinde nerui intercoſtalis ganglion lumbale tertium et quartum ac denique ſecundus et tertius neruus lumbalis adhuc depictus appareat. Caeterum ſiſtit figura haec originem et nexum neruorum lumbalium ac ſacralium, e ſitu naturali dimotorum, vt et arctum vinculum nerui intercoſtalis dextri lateris cum eodem neruo lateris ſiniſtri, ac vtriuſque terminum vltimum.

Quod nunc ad explicationem attinet, Cel. WALTERI verbis vti nobis liceat, cum ſignis notiſque eius iam ante ſimus vſi.

III. IV. V. Vertebra lumborum tertia, quarta et quinta.

I. II. III. IV. V. Quinque vertebrae ſpuriae oſſis ſacri.

I. II. Os coccygis, ab inferiore loco propter adhaeſionem muſculi et ligamenti ſpinoſo coccygei non diſtincte ſatis depingi potuit.

A. Primae et ſecundae vertebrae ſpuriae oſſis ſacri pars lateralis vſque fere ad foramina, e quibus primus et ſecundus neruus ſacralis exeunt, ſerra reſecta.

B. Portio ligamenti tuberoſo ſacri.

C. Ligamentum ſpinoſo coccygeum.

D. D. D. Inteſtinum rectum prope muſculos ſphincteres reſectum.

E. Proceſſus tranſuerſalis tertiae vertebrae lumborum.

F. Proceſſus tranſuerſalis quartae vertebrae et

G. Proceſſus tranſuerſalis quintae.

H. Cutis natium et perinaei.

K. Crus externum et medium diaphragmatis.

26. Secundi paris neruorum lumbalium ramus anterior.

27. Tertii paris neruorum lumbalium ramus anterior.

28. Quarti paris neruorum lumbalium ramus anterior.

78. Pars ganglii lumbaris ſecundi.

81. Radix ex neruo anaſtomotico inter primum neruum lumbarem et ganglion ſingulare ſecundi nerui lumbaris nata. Cel. WALTERVS in origine ſua bicornem, in progreſſu vero ſimplicem, nos ex toto duplicem vidimus. Quae radices trunco nerui ſympathici magni prope ſe inuicem inſerebantur.

96. Anaſtomoſis nerui lumbalis primi cum ganglio ſingulari nerui lumbalis ſecundi.

98. Ganglion lumbare tertium.

99. Truncus nerui ſympathici magni, ſeu neruus anaſtomoticus inter ganglion lumbare ſecundum et tertium.

100. Radix, quam lumbaris ſecundus neruus ad ganglion 98. mittit. Praeter hanc radicem duo adhuc alios ſurculos, ad idem ganglion migrantes, obſeruauimus.

101. Radix anaſtomotica inter ganglion ſingulare nerui lumbaris ſecundi atque truncum nerui ſympathici magni.

102. Radix anaſtomotica inter ganglion ſingulare nerui lumbaris ſecundi atque ganglion lumbare ſecundum.

104. Ganglion ſingulare nerui lumbalis ſecundi 26.

105. 106. 107. 108. 109. Surculi muſculares ex hoc ganglio orti ad muſculos, quadratum lumborum, pſoam maiorem, minorem et ad muſculos abdominales decurrentes.

110. Ramus poſterior nerui lumbalis ſecundi, qui ad muſculos dorſales proficiſcitur.

111. Anaſtomoſis inter neruum lumbalem ſecundum et tertium.

112. Radix ſuperior ab ipſo neruo lumbali 26. prouenienſ.

113. Radix inferior a ganglio nerui lumbalis, quibus componitur anaſtomoſis 111.

114. 115. Ramuli muſculares ad pſoam maiorem migrantes.

116. Ganglion lumbare quartum.

117. Truncus nerui ſympathici magni, ſeu neruus anaſtomoticus inter neruum lumbarem tertium 27. et quartum 28.

118. 119. Duae radices in

120. confluentes, qua truncus nerui ſympathici magni 117. cum neruo lumbali 27. coniungitur. In virili quodam cadauere plures olim vidimus anaſtomoticos ſurculos in ganglion lumbale tertium migrantes.

121. Radix anaſtomotica nerui 27. cum trunco nerui 117.

123. Surculus neruoſus ad ligamenta vertebrarum properans.

124. 125. Duae radices anaſtomoticae nerui 28. in medio itinere in ganglion intermedium

126. vnitae, deinde vero rurſus

127. 128. in duas radices diuiſae, quae cum ganglio lumbali quarto 116. vniuntur.

129. 130. Truncus nerui ſympathici magni, ſeu neruus anaſtomoticus inter ganglion lumbale quartum et quintum.

131. Prima radix anaſtomotica.

132. Secunda radix anaſtomotica nerui 28. cum 129. et 130.

133. Neruus cruralis. (Numerus hic 133. fini truncato huius nerui appoſitus eſt.)

134. Origo, ſeu radix prima nerui cruralis ab anaſtomoſi inter neruum lumbalem ſecundum et tertium 111.

135. Origo, ſeu ſecunda craſſa radix nerui cruralis ab anteriori ramo nerui lumbalis tertii 27.

136. Ramus poſterior nerui lumbalis tertii.

137. Origo, ſeu tertia radix nerui cruralis a quarto neruo lumbali.

138. Ramus poſterior nerui lumbalis quarti.

139. Anaſtomoſis inter ſecundam et tertiam radicem nerui cruralis.

